

Henn & Siefel.

22. Oct. 1901.

2876





DISPUTATIONES



*ad Tom. I.*



Kr. del.

D—e. fec.

# DISPUTATIONES

IN

## CLASSE PRIMA

STEPHANEI

AB APRILI MDCCXCII AD APRIL. MDCCXCIII

HABITÆ.

---

## COLLECTIO PRIMA.

---

PRÆMISSUS EST INDEX PROPOSITIONUM, DE

QUIBUS INDE AB ANNO MDCCCLXXXVII DIS-

PUTATUM FUIT.

1901:1556

---

HALBERSTADII  
TYPIS DÖLLIANIS. MDCCXCIII,

DISPUTATIONES


IN

CLVSSE PRIMA

STEHANEI

AD VENITI MDCCLXVII AD VENITI MDCCLXVII

N A S T A



SCHEMATICUS EST IN EKSI TRACTATIONUM, DE

SCHEMATICIS, ET ANNO MDCCLXVII EIS.

COLATUM EST.

HVLBRCKS STADTI

TYRTE D. GÖTTLICHUS MDCCLXVII

P R E F A T I O.

Disputandi exercitio, utilissimo æque ac jucundissimo, cum et ingenium exciter et judicium acuar, scribendi autem loquendique facultatem mirifice augeat, jam inde ab anno MDCCLXXXIII operam deditus. Tria autem fere ex illo tempora distingui possunt.

Primum enim amici quidam convenire solebamus, discipolorum provectionis paucioribus tantum admissis et subinde opponentibus. Quovis autem die Mercurii, hora post meridiem secunda, propositum aliquod ex libellis nostris scholasticis, s. philosophicis s. theologicis s. historicis etc. caput discutiebamus. Nascente vero post biennium Societate Litteraria exercitium illud intermissum fuit.

Idem revocatum anno MDCCLXXXVII, atque jam pro lectione scholastica habitum. Arque ut non loquendi solum latine, sed scribendi etiam usus adjuvaretur, theses elaborari cuperunt. Disputationes autem nec quavis hebdomade habiteæ, nec eadem semper illis hora constituta, nec opponentium idem semper servatus numerus.

Superiori denique anno a die mensis Augusti undecimo, cum sola thesum recitatio audientibus haud sufficere videretur, disputatiunculae nostrae typis excuse sunt. Quibus deinde ut a certo tempore fieret initium, reliquas novem, per idem semestre jam habitas, pariter addidimus. Dicii Saturni hora septima, qui mos paulatim invaluerat, hisce studiis consecrata est, opposentes autem duo semper nominantur, ut et varietas sit, et uno tamen die absolvatur negotium.

Plurimi denique cum scire cuperent, et exquirerent subinde, quibusnam de rebus alio jam tempore esset disceptatum, disputationibus recentioribus integris superiorum propositionum indicem praemittere commodum visum fuit; hisque ipsis praesigere titulum, ut, qui omnia collegisset, libellum aliquem suis amicorumque nominibus sibi carum, inde sibi formare posset.

Cæterum, ut, quæ adhuc exercitium illud apud omnes, non disputantes solum ipsos, sed audientes etiam, studia excitare visum est, eadem et in posterum excitet, vestra ego quidem, carissimi juvenes, causa etiam atque etiam opto.

Scrib. Halberstadii, d. XXV Febr.

MDCCXCIII.

G. N. Fischer.

Rector.

M D C C I X X X V I I — A I I

## DISPUTATIONES.

SE MESTRE AESTIVUM

M D C C L X X X V I I .

1. Gompff. **A**nima est immortalis.

2. Reineke. De utilitate ex scriptis Romano-  
rum atque Græcorum capienda.

3. Muff. De utilitate & præstantia monarchiæ.

4. Reineke. Cognitio corporis humani unicui-  
que est utilis.

5. Hecht. De utilitate, quam ex itineribus  
haurire possumus.

6. Muff. De damno belli.

7. Reineke. Per omnem vitam esse philo-  
phantum omnibus.

8. Hecht. De utilitate & præstantia naturæ  
studii.

9. Zacharias. Quatenus defendi possit, sum-  
mum bonum consistere in voluptate.

SEMESTRE HIBERNUM.

M D C C L X X X V I I — V I I I .

10. Reineke. Muff. Hecht. Gompff. Zacharias. (Oct. 20. 27.) Plurium linguarum facultas est utilissima.

11. Muff. Wohlbrück. Grotjan I. Gerloff. Reineke. (Nov. 3.) Rempublicam plurimis incommodis esse subjectam.

12. Hecht. Gompff. Zacharias. Wohlbrück. (Nov. 10.) De utilitate exercitus perpetui.

13. Gompff. Gerloff. Reineke. (Dec. 1.) Comparatio Homeri cum Virgilio.

14. Zacharias. Hecht. Gompff. Wohlbrück. Grotjan I. (Jan. 26.) Jus hominibus competere animalibus vescendi.

15. Wohlbrück. Gerloff. Reineke. Muff. Hecht. (Febr. 9.) De utilitate styli exercitiorum.

16. Grotjan I. Gompff. Zacharias. Wohlbrück. Gerloff. (Febr. 23.) Melius esse, scriptores integros legere, quam chrestomathia excerptos.

17. Gerloff. Reineke. Muff. Hecht. Gompff. (Mart. 1.) De utilitate, complures linguis intelligendi.

SEMESTRE ASTIVUM,  
MDCCCLXXXVIII.

18. Hecht. Gompff. Wohlbrück. Gerloff.  
(Jul. 5.) De utilitate disputationum scholasticarum  
latine instituendarum.

19. Gompff. Möser. Bergmann. Korte.  
(Jul. 12.) Nostra tempora esse meliora superio-  
ribus.

20. Wohlbrück. Besser. Fischer I. Ioco  
*Meineke*. Woldmann. (Aug. 2.) Corpora cœ-  
lestia esse habitata.

21. Gerloff. Meineke I. Fischer I. Hecht.  
Gompff. (Aug. 9.) Theologo cognitionem lin-  
guæ græcæ & hebraicæ esse necessariam.

22. Möser. Wohlbrück. Gerloff. Hecht I.  
*Bergmann*. (Aug. 16.) Fridericum II maximum  
omnium regem fuisse.

23. Korte. Woldmann. Fischer I. Hecht.  
(Aug. 23.) De cognitione Physices, Historiæque  
naturalis, Theologo necessaria.

24. Besser. Gompff. Wohlbrück. Gerloff.  
(Aug. 30.) Liturgiam in religione publica rem  
esse gravissimam.

25. Bergmann. Korte. Besser. Meineke.  
(Sept. 6.) De utilitate actuum oratoriorum.

26. Woldmann. Besser. Möser I. *Meineke*.  
Fischer I. (Sept. 13.) Utile esse, non solum la-  
tinam linguam intelligere, sed etiam eam scribere ac  
loqui posse.

27. Fischer I. Hecht. Gompff. Wohlbrück.  
(Sept. 20.) Studium anatomicum non Medicis so-  
lum, sed et omnibus literarum cultoribus esse uti-  
lissimum.

---

SEMESTRE HIBERNUM.

MDCCLXXXVIII — IX.

28. Gompff. Möser. Korte. (Oct. 25.)  
Virtutes & vitia ex intelligentia originem habere.

29. Wohlbrück. Besser. Woldmann. Fi-  
scher I. (Nov. 1. 8.) Americam detectam humano  
generi magis utilem quam noxiām fuisse.

30. Gerloff. Hecht. Gompff. (Sept. 15.)  
Ludos scenicos bonos juveni magis esse utiles, quam  
noxios, si recte eis utatur.

31. Möser. Wohlbrück. Gerloff. (Dec. 15.)  
Theses quædam de Creatione terræ, ex primo capite  
geneseos haustæ.

32. Korte. Möser. Besser. Woldmann. (Jan.  
31.) De utilitate hiemis.

33. Besser. Fischer I. Gompff I. Stegmann.  
Hecht. (Febr. 7.) Mortem inter bona humani ge-  
neris referendam.

34. Fischer I. Möser. Korte. Besser. (Febr.  
28.) Omnis error nocet.

35. DISPUTATIO PUBLICE HABITA. Hecht.  
Gompff. Wohlbrück. Gerloff. Besser. Kolbe.  
Fischer I. (Apr. 3.) De pulveris pyrii utilitate.

---

SEMESTRE ASTIVUM

M D C C L X X X I X.

36. Gompff. Wohlbrück. Gerloff. Möser.  
(Maj. 4.11.) Veritas perfecte cognita nunquam nocet.

37. Wohlbrück. Korte. Besser. Woldmann.  
(Maj. 18.) Eruditionem nostri temporis fragmentariam doctrinæ solidæ plus obesse quam prodeesse.

38. Gerloff. Becker. Lenz I. Pomme. (Maj. 25.) Poëtas etiam ab iis, qui ipsi poetæ non sunt, esse legendos.

39. Möser. Stegmann. Kruse. Niemeyer. (Jul. 6.) Multo melius esse, autores ipsos legere, quam eorum versiones.

40. Besser. Gompff. Wohlbrück. Gerloff.  
(Aug. 3.) De magna examinis abeuntium utilitate.

41. Korte. Möser. Besser. Woldmann. (Aug. 17.) Historiâ & Geographiâ nullum, qui doctrinam fibi comparare velit, carere posse.

42. Woldmann. Becker. Lenz I. Pomme.  
(Aug. 24.) Utilissimum esse juveni, ea, quæ ipse dicit, quamprimum ad alios instituendos iterum adhibere.

43. Becker. Stegmann. Kruse. Niemeyer.  
(Sept. 7. 14.) Aegritudinem etiam in sapientem cedere.

SEMESTRE HIBERNUM

MDCCLXXXIX — XC.

44. Lenz I. Gompff. Wohlbrück. Gerloff.  
(Okt. 26. Nov. 2.) Concionatori sacro utilissimum  
esse, si antea juventutem scholasticam docuerit.

45. Pomme. Möser. Besser. (Nov. 16. 23.)  
Autores linguae vernaculae classicos, ita ut autores  
aliarum linguarum classicos juvenibus explicandos esse.

46. Stegmann. Woldmann I. Becker. Lenz I.  
(Dec. 7.) Hiemem magis favere litterarum studii  
quam astatem.

47. Kruse. Stegmann. Niemeyer. Gompff.  
Wohlbrück. (Dec. 14. 21. 22.) Homero artem  
scribendi fuisse cognitam.

48. Niemeyer. Wohlbrück. Gerloff. Möser.  
(Jan. 25. Febr. 1. 15.) Theologo prodeesse, rerum  
etiam medicarum aliquam sibi comparare scientiam.

49. Gompff. Besser. Woldmann. (Mart. 1.)  
Somnia nil valent, & ex illis, nisi mores & statum  
illius, qui somniat, nihil cognoscere possumus.

50. DISPUTATIO A DISCEDENTIBUS PUBLICE  
HABITA. Gompff. Gerloff. Möser. Besser.  
Woldmann. Pomme. Stegmann. Kruse. Nie-  
meyer. (Febr. 8.) Superstitionem sine exceptione  
esse noxiā.

SEMESTRE AESTIVUM

M D C C X C.

51. Wohlbrück. Becker. Lenz I. Buttstedt.  
(Apr. 25. Maj. 10.) Litteraturam græcam latinæ anteponendam esse.

52. Becker. Ehlers. Lenz II. (Jan. 28. Jul. 5.) Unas ferias longiores præstantiores esse multis brevioribus.

53. Buttstedt. Becker. Lenz I. Ehlers. (Sept. 11. 20.) In institutione theologica methodum analyticam esse præferendam.

54. Lenz I. Reimann. Wohlbrück. (Jul. 26. Aug. 16.) Scutum esse, more Gallorum, ordinum distinctiones tollere.

---

SEMESTRE HIBERNUM

M D C C X C — X C I.

55. Ehlers. Lenz II. Reimann. (Oct. 25.) De præjudiciorum seu opinionum inter homines natura & usu.

56. L e n z II. Augustin. Leife. (Nov. 1.) Quam utilis sit libertas, omnia publice agendi, præcipue autem scribendi, & quibus finibus hæc libertas circumscribenda sit.

57. Reimann. Hecht I. Wohlbrück. (Nov. 22.) Nefarium esse, libri alieni editionem per typos repetere.

58. Wohlbrück. Lenz. Buttstedt. (Dec. 6. 13.) Imagines in prima puerorum institutione male adhiberi.

59. Lenz I. Lenz II. Ehlers. (Jan. 24. Febr. 14.) Novum testamentum, ut quibusdam in scho-  
lis fieri solet, solum non esse legendum.

60. Buttstedt. Hecht I. Augustin. (Febr. 28.) De utilitate actuum oratoriorum.

61. Ehlers. Leiste. Reimann. (Mart. 7.) Lit-  
teris operam dare non debere, nisi qui ingenio ad lit-  
teras apto natus sit.

62. Lenz II. Wohlbrück. Lenz I. (Mart. 14.  
21.) Poëtam metrice vertendum esse, si in aliam  
linguam transferatur.

63. Hecht I. Buttstedt. Ehlers. (Apr. 4.) Diversa corporis & animi natura ex diversis utrius-  
que progressibus intelligitur.

---

SEMESTRE AESTIVUM

M D C C X C I.

64. Buttstedt. Hecht I. Augustin. (Maj. 30.  
Jun. 6.) Infantiae imbecillitatem, quam multi natu-  
rae exprobrant, sapientissime ab eadem esse institutam.

65. Augustin. Thilo. Wackermann. (Jul.  
18.) Spectacula juveni noxia esse.

66. Hecht. Leiste. (Aug. 8.) Literarum stu-  
dioso etiam boni civis officia esse implenda.

67. Leiste. Buttstedt. (Sept. 12.) Mysteria  
nostris temporibus non solum nihil professa, sed  
etiam obesse.

SEMESTRE HIBERNUM

M D C C X C I — X C I I.

68. Buttstedt. Hecht I. Augustin. (Okt. 22.)  
Melius esse, Borussiam & Austriam esse amicos, quam  
adversarios.

69. Hecht. Leiste. Grafshoff. Thilo. (Nov.  
4.) Bellum bonis artibus & litteris excolendis utile  
esse.

70. Augustin. Vorlauff. Wackermann. Abel.  
(Nov. 19.) Aequilibrium Europæ, quod vocant,  
non ad figmenta cum quibusdam scriptoribus refe-  
rendum esse.

71. Leiste. Fischer II. Märtens. Kunze. (Nov.  
26. Dec. 3.) Diligentius in scholis colendum esse  
linguarum quam disciplinarum studium.

72. Thilo. Buttstedt. Hecht I. (Dec. 10. 17.)  
De iis, quæ juvenis scire debet in Academiam dis-  
cessurus.

73. Grafshoff. Leiste. Augustin. (Jan. 14.)  
Quis literis nomen dare debeat?

74. Vorlauff. Thilo. Wackermann. (Jan. 21.)  
Satius esse, hominem religionis minus exculte, si  
meliora edocitus fuerit, inter suos manere, quam ad  
alios transire.

75. Wackermann. Vorlauff. Abel. (Jan. 28.)  
De necessitate linguæ gallicæ discendæ.

76. Abel. Fischer II. Märtens. Kunze. (Febr. 4.)  
Germanos in litteris esse cæteris nationibus antefe-  
rendos.

77. Fischer II. Abel. Buttstedt. Hecht I.  
(Febr. 11. 18.) Religionem christianam Mytholo-  
giæ omnium, sine exceptione, populorum longe esse  
anteferendam.

78. Märtens. Leiste. Thilo. (Febr. 25.)  
Num utile sit, præfectum ecclesiæ paganæ rebus simul  
œconomicis occupari.

79. Kunze. Grafshoff. Vorlauff. (Mart. 3.)  
Poësin utilitate nulli reliquarum artium aut discipli-  
narum cedere.

80. Thilo. Abel. Fischer II. (Mart. 10.)  
Dubitare licet: sed optandum est, ut quam minime  
dubiis vexemur.

81. Abel. Märtens. Kunze. (Mart. 17.)  
Divinatio de Imperatore futuro.

82. Grafshoff. Thilo. Abel. (Mart. 29.)  
Doctorem publicum populi quoque opiniones in do-  
cendo sequi debere.

**SEMESTRE AESTIVUM**

---

**M D C C X C I I.**

SEWESTRE AVSTINUM

MDCCXCI

# DISPUTATIO

D. XXI. APR. MDCCXCII.

H A B I T A.

---

Resp. THILO. Opp. FISCHER I. VORLAUFF.

---

Veterum linguarum scientiam ad doctrinam solidiorem esse necessariam,

**Th. I.** Nostris temporibus saepissime quæstio proposita est, an necessariæ sint veteres linguae ad doctrinam, nec ne? Doctissimi viri in utramque partem disputatione, ita ut multi dubitarent, quorum partes sequerentur. Uniuscujusque igitur est, veteribus linguis qui vacat, omnia cognoscere, quæ necessitatem illarum probant. Quod nisi fecerit, dubitabit, nec satis proficiet in illis.

**Th. II.** Omnia, quæ suppeditat nobis studium veterum linguarum, ad duo potissimum capita referenda videntur: 1) Quam vim veteres linguae habeant ad facultates nostras excolendas. 2) Quantum ad doctrinam ipsam copiæ nobis afferant.

**Th. III.** Primum igitur veterum linguarum studium animi facultates excolit.

**Th. IV.** Memoriæ vis augetur, cum multa se nobis offerant, quæ animo retinere nos oportet.

**Th. V.** Diligentia et attentio crescit, quod multas in res saepè occultas, minutissimas etiam, quæ

124

summo studio adhibito modo percipi possunt,  
animum intendere debemus.

**Th. VI.** Judicium acuitur, cum multa discernenda,  
multa comparanda sint.

**Th. VII.** Deinde, multum etiam commodi afferit stu-  
dium illud doctrinæ nostræ, lectione librorum,  
qui illis linguis conscripti exstant.

**Th. VIII.** Scribendi exercitatione veteres antecellunt  
omnes ceteras nationes. Itaque exemplum eo-  
rum proponendum videtur. Non enim arbi-  
tror, quemquam fore, qui nihil interesse putet,  
an distinet, simpliciter et ornate cogitata verbis  
exprimamus, nec ne?

**Th. IX.** Ideæ veterum a natura ipsa derivatae sunt:  
nos opinionibus aliunde traditis impediti ex  
natura ipsa haurire plerumque non solemus.

**Th. X.** Quibusdam in artium et litterarum generibus  
veteres omnibus fere anteponendi sunt.

**Th. XI.** Libri sacri antiquis linguis consignati sunt.

**Th. XII.** Multi præterea a recentioribus etiam libri  
latine sunt scripti.

**Th. XIII.** Latina lingua quasi vernacula reipublicæ  
litterariæ est.

**Th. XIV.** Hominis naturam, in primis animum et  
ejus facultates, qui plane perspicere vult, pro-  
gressus populorum in litteris artibusque nos-  
cere debet; quarum origines magnam partem  
in scriptoribus veteribus, veris hujus historiæ  
fontibus, continentur.

**Th. XV.** Si quis hisce opponere vellet, ex versione  
librorum nos posse eadem consequi: non videt,  
cognitionem minime posse nominari solidiorem,  
ubi ipsi videre nequimus, an scripta recte in  
patriam linguam sint conversa? Præterea omnia  
tunc tollerentur commoda supra laudata, quæ  
ex linguarum ipsarum studio nascuntur.

# DISPUTATIO

D. XXVIII. APR. MDCCXCII.

## HABITA.

Resp. FISCHER I. Opp. FISCHER II. RAMDOHR.

Melius esse, commercium venalitiarium gradatim, quam subito abolere.

**Th. I.** *U*nusquisque, cui salus humana cordi est, commercium venalitiarium gaudebit aboleri tandem, quia nihil hominibus indignius est. Nunc autem in abolendo hoc commercio ipso sententias differunt; alii enim subito, alii gradatim tollendum existimant. Et mihi, si de tanta re sententiam dicere adolescenti licet, postremum utilius esse videtur.

**Th. II.** Si de commercio venalitario dicimus, id maxime de duabus nationibus valet, de Afris, qui venales venduntur, et de Europæis, quorum præcipue Hispani, Lusitani, Batavi, Angli et Galli venales emunt.

**Th. III.** Primum igitur Afris utilius est, ut commercium venalitiarium gradatim aboleatur, quam subito. Nam

**Th. IV.** Si subito aboleretur, magnus numerus venaliū, quibus jam domini alimenta præbent, vietu priaretur.

**Th. V.** Multi homines pigri et ignavi redderentur, cum labore non nisi admodum inviti et coacti adsuerint.

**Th. VI.** Et tum labore vacui ac vietu privati aut patriæ aut aliis terris importuni forent.

**Th. VII.** Sin autem commercium venalitiarum gradatim aboletur, nihil confundetur, et omnia, ut antea, tranquilla et ordinata erunt.

**Th. VIII.** Deinde vero etiam e re est Europæorum, ut gradatim potius, quam subito hoc commercium tollatur. Nam

**Th. IX.** Si subito aboleretur, multi et mercatores et qui possessiones in America habent, ad quas colendas servorum opera utintur, detrimentum acciperent, cum illi pretium servis coemendis impensum amitterent, hi manibus ad agros collendos carerent.

**Th. X.** Contra ea, si gradatim aboletur, et mercatoribus pretium impensum restituï potest, et domini de rebus suis aliter disponendi occasionem interim nanciscuntur; utrique autem per hoc tempus intermedium homines humanius tractare discent.

**Th. XI.** Maxime autem considerari debet, quod infelices isti, cum libertas plenum rationis usum defideret, in hanc libertatem subito vindicati ratione recte uti nondum potuissent discere. Paulatim igitur ad hunc rationis usum adfuefaciendi et tunc demum in libertatem restituendi sunt.

# DISPUTATIO

D. V. MAI. MDCCXCII.

HABITA.

---

Resp. VORLAUFF. Opp. ABEL. MÄRTENS.

---

Necesse est, ut leges lingua vernacula  
scribantur.

---

**Th. I.** Si qui homines vel paucissimi societatem ini-  
re cœperunt, necesse est, nisi eam brevi iterum  
dissolvi volunt, ut institutis aut legibus eam  
conjugant et firment.

**Th. II.** Quanto magis igitur leges magno regno ne-  
cessaria sunt.

**Th. III.** Haec leges vero populo non utiles esse pos-  
sent, lingua si scriptæ essent, quam maxima pars  
incolarum non intelligeret. Tum enim idem  
accideret, ac si doctor ecclesiasticus aliena lingua  
auditores adhortaretur. Cujus præcepta, etsi  
verissima, nemo esset intellecturus.

**Th. IV.** Itaque uniuscujusque principis est, provi-  
dere, ut leges lingua vernacula scribantur.

**Th. V.** Quod si factum est, unusquisque ipse codi-  
cem legum legere potest.

**Th. VI.** Illas itaque dijudicare potest, illarumque  
bonitas utilitasque amorem in patriam et prin-  
cipem augebit.

**Th. VII.** Si quis leges legere potest, melius illas  
cognoscet, et multa peccata evitabit, quæ alias

commisiffet; nemo enim leges observare potest, si illas haud noscit.

*Th. VIII.* Nostra patria itaque multis aliis regnis felicior est, quod leges habet, quæ per se jam præclarissimæ, ea etiam lingua scriptæ sunt, quam unusquisque incolarum intelligere potest.

*Th. IX.* Judicum fortuna etiam jam melior erit, cum sibi quisque perscrutandis legibus ipsis facile persuadere possit, non a judge, sed a legibus ipsis item suam discerni.

Imperiali Augenzeugen des Reichs

amendicari

iniatisieod inquit legi et minime ipsius. I AT  
minimis locis sua sita sita illucem, amissione et  
conversatione, que non possunt esse  
conducere ad punitum. II AT

Questa maxima legitime iusta legi minimo tempo non  
possunt esse punitum. III AT

Liquida iuris et iusticiæ punitio non possunt esse punitum, cum  
negligentia vel inobedientia non possint intelligi nisi  
negligentia, ut ille negatur, certissimam vel  
negligentiam vel inobedientiam. Quia punitio est  
negligentia, omnes omnes possint intelligi.

IV AT Iusta legi non possunt esse punitum, non  
obstat, ut legi non voleantur recipiuntur.

V AT Vnde iusta legi non possunt esse punitum, non  
obstat, ut possint esse punitum, non possint esse punitum.

VI AT Si quis iusta legi possit, non possint esse punitum  
exclusus, ut possint esse punitum, non possint esse punitum.

VI AT Si quis iusta legi possit, non possint esse punitum  
exclusus, ut possint esse punitum, non possint esse punitum.

# DISPUTATIO

D. XII. MAJ. MDCCXCII.

## HABITA.

Resp. ABEL. Opp. RÖMER. SÖLLIG.

Nobis nullam esse civitatis perturbatio-  
nem timendam.

**Th. I.** Multis hoc saeculo et majoribus et minoribus in regnis incolae repugnarunt saepius principum decretis: quare jam permulti quæsivere, utrum etiam nobis triste hocc fatum timendum sit? Igitur mihi liceat, quæ hac de re mecum cogitavi, paucis explicare.

**Th. II.** Si in civitate omnia sunt ita instituta, ut saluti civium inserviant, ipsa civitas est tuta: nunc in nostra patria invenimus omnia ita instituta, ut tutam fore arbitrari possimus. Nam

**Th. III. a)** Si regnum æquis iustisque legibus gaudet, minime in factionem inclinabit: gaudet autem Borussia talibus legibus.

**Th. IV. b)** Omnes si libertate fruuntur cogitandi, melior rerum cognitio propagabitur, quæ perturbationes publicas impediet: civitas nostra tali libertate fruitur.

**Th. V. c)** Cuicunque si licitum est, tam æquas iustasque leges ponderare, ipsasque vernacula in lingua legere, minime motus fieri possunt: hoc autem nos Brandenburgici possumus.

**Th. VI.** Respublica si bono ac benigno principi pareret, prospera est, & non repugnabit: nostra est talis respublica. Nam

**Th. VII.** a) Si populus a principe non gravioribus justo premitur oneribus, non turbulentus fieri possit necesse est: de his autem oneribus non conqueri possumus.

**Th. VIII.** b) Si populo satis providetur, ut ad vivendum necessaria numquam defint, nemo statum reipublicæ mutatum cupiet: nusquam autem his rebus melius, quam apud nos, providetur.

**Th. IX.** c) Si princeps sapientissimis gaudet consulitoribus, optima capit consilia; nunc noster magnus rex talibus gaudet.

**Th. X.** Quæ omnia mihi tam clara videntur, ut, quomodo tristia illa, quæ aliis acciderunt, nobis accidere possint, plane non intelimuntur.

in munificiis etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
: cum sis exercicio aliqui, invenientur exercitio iusta  
-ni si ruris exercitio aliqui, non si ruris  
-in . amicorum exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
esburgi emigrae superbius ruris singulo exercicio si te M. AT  
mox accidit: ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT

in exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT

in exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT  
. exercitio etiæ ruris singulo exercicio si te M. AT

# DISPUTATIO

D. XIX. MAJ. MDCCXCII.

## HABITA.

Resp. FISCHER II. Opp. ZIEMANN, KUNZE.

### De popularitate doctoris publici christiani.

**Th. I.** Si doctorem publicum in oratione populus plane intelligit, hunc dicimus doctorem se ad sensum popularem accommodasse. Quod quomodo fiat, ut a populo intelligatur, paucis exponam.

**Th. II.** Doctori publico haec duæ res mihi inprimis necessariæ esse videntur. Primum notiones claræ de rebus ipsis, quas docere vult, deinde lingua satis exculta, ut verba populo apta diligere possit.

**Th. III.** Quomodo enim aliquis doctor publicus esse potest, si ipse non satis perspicit, quæ dicere vult? Omnia in oratione confundet et nunquam popularis erit.

**Th. IV.** Contra ea vero si doctor publicus claras notiones de rebus habet, summa contentione studebit, ut res, quæ sibimet ipsi tam perspicue sunt, auditoribus quoque perspicuas reddat.

**Th. V.** Permulti quidem arbitriati sunt, doctorem publicum tunc esse popularem, si de rebus no-

tis loquitur, sed falso. Ego contendō, posse de omnibus, etiam subtilioribus rebus, quæ plerumque cum hominibus tantum exultis & peritis tractantur, agere, si modo recte eas proponit auditoribus.

**Th. VI.** Quod me ad alterum, ad popularitatem haud minus necessarium, perducit, scilicet ad delectum verborum.

**Th. VII.** Si doctor publicus popularis esse vult, etiam verba deligit opus est; etiam si enim notiones rectas de rebus habeat, careat autem recta ratione, qua eas verbis perspicua reddat, longe eum fugiet popularitas.

**Th. VIII.** Quod ut consequatur, postulatur cognitio perfecta linguae, ut ex omnibus ea semper adhibeat verba, que auditoribus accommodata sunt, ita ut ea plane intelligent.

**Th. IX.** Fuerunt olim multi doctores publici, quos publice loquentes nemo tam facile intelligebat, et si in vita communi ab omnibus intelligebantur. Quorum verba cum subtiliorem fere scientiam sequentur, popularitati valde noxia erant.

**Th. X.** Igitur si doctor publicus rectas notiones cum bono verborum delectu conjungit, censeo, omnes, qui eum audiunt, eum quoque intelligere debere.

**Th. XI.** Cetera saecula sapientia quædam notiones ab aliis sepe, tamen coherentes inter se, sive principiis sive iuriis publicis, non satis intelligebantur, sive satis perspicuebat, sive satis cogitabatur. Nam perinde aliud est sapientia, sive iuris publici, sive iuris privati, sive iuris publici, sive iuris privati.

# DISPUTATIO

D. XXX. JUN. MDCCXCII.

HABITA.

Resp. MÄRTENS. Opp. KRAMER. LENTZ II.

Num salutare sit, Germanos contra Gallos proficisci?

*Th. I.* In rebus, quæ nostra intersunt, requirere jure solemus, num utiles sint, nec ne?

*Th. II.* Germanos contra Gallos proficisci, nostra interest: ergo quisque nostrum, cui patriæ fatus curæ est, quæret, num etiam patriæ utile fit?

*Th. III.* Id autem utile esse et universæ civitati et nobis singulis, ex his præcipue cauiss patet.

*Th. IV.* Qui jus et libertatem, quæ a natura homini concessa sunt, obtinere studet, virum se præstat.

*Th. V.* Jus autem et libertas populi non ex arbitrio cujuscunque hominis, multo minus imperitæ multitudinis judicanda sunt, peritissimi enim vix constituere ea possunt.

*Th. VI.* Plurimi adeo jure et libertate uti non possunt, nec sui ipsius, nec aliorum commodo, sed detimento potius.

*Th. VII.* Quam ob causam necesse est, ut ab aliis doceantur et regantur; et in monarchia

sic dicta princeps est, qui disponere omnia et ordinare debet.

*Th. VIII.* Ab uno autem regi, non est juribus et libertate privari, nec monarchia obstat juribus et libertati populi.

*Th. IX.* Suscepta Francogallorum rebellio et perjurium potius, quam defensio jurium et libertatis dici merentur; innumeris enim civibus jura sua ademerunt, et libertatem sive restrinxerunt sive sustulerunt; alios vero pro libertate ad licentiam et anarchiam compulerunt et incitaverunt.

*Th. X.* Hunc furorem Galliae et perniciem in finitimas civitates propagari posse, non sine causa timendum est, ergo periculo præveniendum.

*Th. XI.* Germani principes ergo laudandi sunt, quod contra Gallos profiscuntur; nam ipsi si partes Gallorum tuerentur, alii principes et populi resistere non facile possent.

# DISPUTATIO

D. VII. JUL. MDCCXCII.

H A B I T A.

---

Resp. RAMDOHR. Opp. THILO. FISCHER I.

---

Viro docto artium etiam cognitionem  
necessariam ac utilem esse.

---

*Th. I.* Viros doctos multos sine aliqua artium cognitione esse reperimus, quod tamen

*Th. II.* Omnibus doctis, si modo hoc nomine dignifint, utile et necessarium est.

*Th. III.* Docti, qui cognoscendis artis operibus diligenter studierunt, meliori saepissime sensu ac gusto res judicabunt, de quibus imperiti falso et corrupte judicant.

*Th. IV.* Loci saepe in scriptis veterum et recentiorum inveniuntur, qui sine illa cognitione plane intelligi non possunt.

*Th. V.* Reliquæ artis veteris saepius sese offerunt, quibus artis peritus continuo ad historiam et veteres scriptores illustrandos uti potest.

*Th. VI.* Ingenium sensusque viri docti in universum ad omnem pulchri sensum omnemque omnino subtilitatem acuitur.

*Th. VII.* In omnibus quoque generibus doctrinæ hæc cognitio perutilis est. Num essent Home-

ri, Virgilii, ipsiusque Ciceronis opera tam pul-  
cra, nisi cum litteris etiam artium peritissimi  
fuisserent?

**Th. VIII.** Munus publicum ne cogitari quidem potest ullum, in quo non subinde occurrat aliquid, quod artium subsidiis indigeat. Ea omnia melius autem perficiet, aut iis perficiendis melius certe praeerit, qui non aliis solum confidere cogitur, sed ipse illius artis necessariae aliquam cognitionem habet.

**Th. IX.** Voluptas denique ipsa inde percipienda ad humanissimas et liberalissimas, quibus homo perfui potest, jure refertur.

# DISPUTATIO

D. XIV. JUL. MDCCXCII.

## HABITA.

Resp. RÖMER. Opp. VORLAUFF. ABEL.

---

### De commodis, quæ in humanum genus e commercio redundant.

**Th. I.** Quamvis inter omnes constet, commercium permagnam humano generi afferre utilitatem, tamen hanc materiam pro meo de illa judicio breviter illustrare studebo.

**Th. II.** Commercium populos inter se conjungit, nam ii, qui inter se negotiantur, amici sint necesse est. Hinc

**Th. III.** A commercio maxime exspectandum, ut bella tandem plane cesserent.

**Th. IV.** Populi, qui inter se negotia exercent, permuntant res, quibus carent et abundant.

**Th. V.** Commercium etiam multum conferre ad collendos populos barbaros, satis perspicuum esse puto. Nam

**Th. VI.** Commercio et artes et scientiæ inter barbaros propagantur, quod sine illo non fieret.

**Th. VII.** Quod quidem exempla docent, cum populos barbaros cum populis excultis negotia exercentes multo citius excultos esse videamus,

quam eos, qui perfectionem suam sibi solis debabant.

**Th. VIII.** Noticias quoque atque commoda populo-  
rum jam excultorum commercio augeri, satis  
facile intelligitur. Nam

**Th. IX.** Sine commercio non tam multas haberemus notitias naturæ ac situs terrarum incognitarum, neque de earum proventibus, quibus nos careremus, et quæ nobis utiles sunt.

**Th. X.** Commercium ipsum amplificatur, nam sine commercio cum aliis non tantam haberemus mercium venditionem.

*Th. XI.* Ex his omnibus permagna illa commoda ex commercio percipienda fatis perspicua esse puto.

# DISPUTATIO.

D. IV. AUG. MDCCXCII.

HABITA.

---

Resp. SÖLLIG. Opp. FISCHER. II. MAERTENS.

---

Vetus testamentum ad novum intelligendum esse necessarium.

**Th. I.** Cum multi videantur credere, Christianos facile V. T. carere posse, quod jam N. T. libri fontes religionis christianæ sufficientes sint, V. T. ad novum intelligendum utile ac necessarium esse demonstrare operam dabo.

**Th. II.** Religio christiana judaica nititur; hanc vero ex V. T. intelligimus: igitur ad illam cognoscendam hoc est necessarium.

**Th. III.** Si religionem christianam veram agnoscimus, et nomine Christianorum digni esse volumus, præcepta et disciplinam auctoris illius sequi nos oportet; nunc autem Christus ipse, auctor et conditor religionis nostrae, libros V. T. legendos et meditandos nobis commendat, igitur cuiusvis est, dicto illius obtemperare.

**Th. IV.** Prophetarum scriptis, Christum natum iriprædictum et divinitas ejus demonstrata est, quam ob causam lectio librorum V. T. est necessaria.

**Th. V.** Praeceptorum et doctrinarum numerus permagnus ex V. T. in N. est translatus. Ex fonte ipso illa haurire, merito igitur uniuscujusque erit votum.

- Th. VI.** V. T. nos quoque docet, qua ratione ante C. N. Deus colebatur; quæ ratio nequaquam Novo penitus abrogata, verum mutata ac correcta est.
- Th. VII.** Omnino autem N. T. interpretationem et explicationem V. continet, et quasi additamentum quoddam aut complementum illius est.
- Th. VIII.** V. T. igitur historiam antiquæ religionis, vitæ humanæ primum exultæ, et subsidiorum denique a Deo præbitorum, ut infirmitatem illius sublevarent et maximi momenti notitias adjuvarent et divulgarent, continet.
- Th. IX.** N. T. plurimos hebraismos interpretandos] et historias ex V. explicandas continet, quamobrem ad N. recte intelligendum lectio V. utilis ac necessaria est.
- Th. X.** Septuaginta interpretum lingua cum lingua N. T. consentanea est, cujus ad verum intellectum igitur lectio V. in graeca versione bene adhibetur.
- Th. XI.** Idcirco V. T. nobis maximi quoque momenti est, quod unica primorum religionis christianæ cultorum fuit institutio, qua in coetibus suis ad institutionem preelectionesque usi sunt.
- Th. XII.** V. T. libri origines hominis, gentium, artium et morum, grave nobis argumentum, continent.
- Th. XIII.** Antiquissimam naturae et orbis terrarum historiam nos docent, quae autem, cum nec quisquam paene alias liber tantæ sit antiquitatis et cum novissimis detectionibus conveniat, ad fidem eo propior est.
- Th. XIV.** Denique V. T. doctrinæ et ingenii ac morum clarissimæ gentis monumenta nobis tradit,

SUB PRÆSIDIO  
GOTTL. NATH. FISCHERI

REVERENDISS. RECTOR.

# DISPUTATIO

D. XI AUG. MDCCXCII

HABENDA.

---

Resp. ZIEMANN. Opp. RAMDOHR. RÖMER.

---

Nostram, hominum excultorum, conditionem praferendam esse conditioni barbarorum.

*Th. I.* Sunt, qui credant, conditionem barbarorum praferendam esse nostrae conditioni; quae opinio, quam vana sit, facile planum fieri potest.

*Th. II.* Voluptate, quae ex ingenio animoque per gradus formando nascitur, barbari aut nulli, aut longe non tanta, quanta nos, fruuntur.

*Th. III.* Omnibus gaudiis et commodis carent, quae studium artium litterarumque et excellentiae humanae cogitatio nobis offerunt.

**Th. IV.** Non illi quidem tot tantisque, ut nos, appetitionibus animique perturbationibus agitantur: sed nec ab omni appetitu liberi esse possunt, et multo majus est aliquid et laude dignius, a rebus, quae animum incendunt, circumdatum sibi imperare, quam nullis rebus incitatum ab affectibus liberum esse.

**Th. V.** Praeterea voluptatem, quæ nostrum cuiuscumque ab imperio sui proficiscitur, illi non percipiunt.

**Th. VI.** Quo quis exultior est, eo minus superstitione angitur.

**Th. VII.** Facilius, viribus et corporis humani et universae naturae melius cognitis, a multis corporis malis liberari possumus.

**Th. VIII.** Multis etiam rebus nostrae magis quam illorum vitae prospectum est.

**Th. IX.** Ex quibus omnibus mihi satis apparere videntur, stulti et ingrati esse, nostram contemnere, barbarorum verbis efferre conditionem.

tag empomma omegni se sup. amiglo. II. Et  
ellia me usq[ue]d' uulpa obsecrat embe  
vulnus. eod minimo. etiam non agat me

sup. ante eibommos se ellor, audire. III. Et  
estinellere is superstitio. misere. multime  
inuicile. eido. cristicos. extenuat

# DISPUTATIO

D. XVIII AUG. MDCCXII

HABENDA.

---

Resp. KUNZE. Opp. SÖLLIG. ZIEMANN.

---

De iis, quibus poëta epicus futu-  
rus studere debet.

*Th. I.* Cum omnes, qui excellere quapiam in re-  
cupiunt, scientiam sibi parare debeant eorum,  
quibus ad rem illam perficiendam opus est, idem  
a poëta futuro requiritur, idque tanto magis,  
quod poëtæ & philosopho omne literarum disci-  
plinarumque genus inservit.

*Th. II.* Tamen cum ab uno omnia disci non pos-  
sint, necessaria maxime eligenda sunt, quæ in-  
primis discat.

*Th. III.* Homerus, summus poëta epicus, ut ex  
carminibus illius appareat, linguam patriam,  
præcepta artis, varios & homines & terras,  
& naturam in primis cognoverat.

*Th. IV.* Si quis igitur carmen epicum, temporibus  
Homéri aptum, scribere vellet, eadem & illi  
sufficerent.

*Th. V.* Cum autem scriptor quisque id maxime stu-  
dere debeat, ut, quæ scribit, temporibus suis  
apta sint, nostris temporibus plura requiri vi-  
dentur.

*Th. VI.* In quibus omnibus tamen supponitur, ut  
ingenio ad tale carmen idoneo natus sit. Re-  
liqua autem hæc fere sunt.

- Th. VII.* Cognitio linguae, qua carmen scribere vult, i. e. verborum, quorum & copia abundare & ornatum intelligere, præterea etiam omnia prosodiae præcepta pernosse debet.
- Th. VIII.* Cognitio carminis epicis, i. e. præcepta narrationis poëticæ de re aliqua magna & admirabili suscipienda; eaque præcepta tam e philosophis, qui his de rebus scriperunt, quam ex carminibus ipsis epicis, quæ ante ipsum scripta sunt, hauriat necesse est.
- Th. IX.* Historiam nosse debet, in primis illorum temporum & locorum, quæ carmine complectitur.
- Th. X.* Geographiam, & maxime illarum terrarum, quæ scenam carminis habent.
- Th. XI.* Ante omnia autem poëta philosophus sit necesse est. Atque si minimum carmen philosophia quadam indigat, multo magis gravissimum hoc carminis genus. Metaphysica autem, e qua maxime Psychologia, Dialectica, Ethica & Physica ex omnibus philosophia partibus in primis huic videntur esse referenda.
- Th. XII.* Sine cognitione naturæ, quod partim jam superioribus continetur, poëta nullus est.
- Th. XIII.* Linguarum plurimum studium illi necessarium est, tum ut carmina reliqua epica lingua illorum patria legere possit, tum ut virtutes illorum linguae, quantum fieri potest, in suum carmen transferat.
- Th. XIV.* Hæc in genere sufficere posse videntur: cæterum, si quis certam sibi carminis epicis materiam delegit, annon præterea quid sibi cognitu opus sit, diligenter cogitare debebit.

# DISPUTATIO

D. XXV AUG. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. KRAMER. Opp. KUNZE. LENTZ.

## LECTIONEM FABULARUM ROMANENSIMUM OBESSE ADOLESCENTI.

*Thesis I.* Inter omnes constat, cuique adolescenti, qui sese per se ipsum instruere cupit, maxime legendo animum esse colendum.

*Th. II.* Non est omnino quidem vituperanda lectio librorum non tam instruendi quam delectandi causa scriptorum; nam juvenis remissionem animi quaerit, simulac rerum seriarum perpetua occupatione fatigatus est.

*Th. III.* Varium genus est librorum hoc consilio compositorum, ut poëmata, fabulae scenicae, romanenses etc., ex quibus eligendi potestas est.

*Th. IV.* Sunt vero in iis libris delectationis causa scriptis, cum libri utilles, qui et utilitatem et delectationem spectant, ut narrationes de itineribus, rebus gestis; tum libri quam maxime noxii, ut fabulae romanenses. Hae enim

*Th. V.* Non delectant vere factis; sed fictis,

*Th. VI.* Non solum taedium afferunt senioris studii, sed et

*Th. VII.* Tempus teritur, quod libris utilioribus legendis impendendum esset.

*Th. VIII.* Voluptas illa, quae inde capitur, non delectat mentem, sed phantasiam.

*Th IX.* Longe aliter, quam est, naturam vitamque hominum fingunt, eaque ipsa re in errores adolescentem implicant, ex quibus non nisi damnatio suo expedire se, longa demum experientia edocut, vix ac ne quidem potest.

*Th. X.* Ipsa continua lectione hae fabulae et incitant animum, et corpus lucubrando et sedendo infirmant.

*Th. XI.* Reperiuntur quidem et bonae hujus generis fabulae, quae utilissimi et gravissimi sunt argumenti sive historici, sive philosophici, sive politici, sed juveni has ipsas, sive cognoscendi, sive diligendi, sive legendi occasio saepe deest.

*Th. XII.* Fabulae argumenti historici hactenus etiam obsunt, quod falsae de veris hominibus et rebus gestis notiones animo imprimuntur, errorque cum veritate varie miscetur.

*Th. XIII.* Ergo quam maxime est fugienda repudiandaque haec lectio, quae praeterea neque in communi vita neque alias ob causas facile requiritur.

AT  
AT

# DISPUTATIO

D. I SEPT. MDCCXCII

H A B E N D A.

---

Resp. LENTZ. Opp. THILO. FISCHER I.

---

Num Theologo an Judici majora  
sint officia?

---

*Thesis I.* Unicuique ordini sua sunt officia, minora alii, alii majora. Praecipua autem officia poscit conditio Theologi et Judicis. Utrius vero partes graviores sint? his clarius exponam.

## I. Theologi officia.

*Th. II.* Theologi est, quantum potest, ad internam et externam hominum felicitatem conferre; et cum haec felicitas finis sit, quem quisque homo petit, et petere debet, hoc officium omnino late patet.

*Th. III.* Ad satisfaciendum huic officio, ecclesiae paganae praefectus e. g. cultum animi et mentis rusticorum curare debet, quia hac re illos praeparat ad illam felicitatem; nam populus minime excultus illum gradum felicitatis consequi non potest, quem magis excultus populus attingeret.

*Th. IV.* Sanctitate morum, et unaquaque virtute clericus iis, qui curae ipsius crediti sunt,

exemplo praeire debet. Nam si hoc negligit,  
multa mala sequuntur.

## II. Officia Judicis.

**Th. V.** Conditioni nostrae externae prospicere, praecipue Judicis est et magistratum; nam etiamsi felices essemus intus, tamen externa mala, e. g. injuria et oppressiones superiorum, ut omnino felices essemus, non paterentur.

**Th. VI.** Quod ut fiat, Judicis est, providere, ne quis impune injuriis nos afficiat, et ut bona uniuscujusque et vita ab impetu injusto tuta sint.

**Th. VII.** In quibus omnibus inexpugnabilem justitiam praebere debet; nam judex injustus quantum malum sit, satis e Ciceronis orationibus contra Verrem apparet. Justitia tamen minime excludit aequitatem.

**Th. VIII.** Suo quoque exemplo omnibus praeire, praecipue judicis est; nam si e. g. patet, judicem quendam inexpugnabilem et omnibus rebus justum esse, certe tam multae injuria non committentur, quam si propter Judicis ipsius virtutia spem impunitatis haberent.

**Th. IX.** Qui sic externae nostrae saluti consulere debet, ejus officium omnino permagnum est, at vero

**Th. X.** Cujus officium est, externae simul et internae felicitati consulere, multos paterno animo curare, et omnia igitur consilia impendere, quibus hoc attingi potest, ejus partes certissime sunt majores, quam illius, qui parti tantum nostrae felicitatis consulere debet.

# DISPUTATIO

D. VIII SEPT. MDCCXII

H A B E N D A.

---

Resp. FISCHER I. Opp. THILO. KRAMER.

---

Fortunae hominum adversae causam maxima ex parte in notionibus falsis esse quaerendam.

*Th. I.* Multi homines de suis miseriis queruntur, quarum causa illis ipsis imputanda est; quod ipsi tamen plerumque minime credunt, quia illam causam non intelligunt.

*Th. II.* Inest autem haec causa quam saepissime nulla in re, nisi in ipsorum notionibus falsis.

*Th. III.* Unumquemque enim hominem sana mente studere, ut quam beatissime vivat, nemo negabit.

*Th. IV.* Si igitur multi homines reperiuntur, qui tamen beate non vivunt, illi profecto, quod ad beate vivendum debuissent, non fecerunt, sed actiones eorum potius felicitati repugnant.

*Th. V.* Has autem sic instituerunt, haud eo consilio, ut infelices essent, sed maxima ex parte ignorantia induci.

*Th. VI.* Haec ignorantia est diversa; sed ad duo capita esse referenda mihi videtur.

*Th. VII.* Primum multi summum bonum putant, quod non est, e. g. voluptatem, divitias etc.

**Th. VIII.** Deinde alii, etiamsi, quod revera est, sumnum bonum putant, veris tamen subsidiis non utuntur, quibus sumnum illud bonum comparare sibi possint. Ita multi rationem exultam recte in summis bonis collocant, sed subsidiis non utuntur, ad illam excolendam necessariis.

**Th. IX.** Atque ad haec duo plurimae hominum miseriae recte mihi referri posse videntur.

## DISPUTATIO

D. XV SEPT. MDCCXCII

HABENDA.

**Resp. VORLAUFF.** Opp. **FISCHER II.** MÆRTENS.

Utrum  
veteres Græci et Romani  
recentiores populos in litteris  
superaverint.

**Th. I.** Jamdiu, et præcipue superiori seculo, Veterne an Recentiores præferendi sint, disceptatum est. Sed erat profecto distinguendum.

**Th. II.** Si de bonis artibus queritur, sine dubio Græci et Romani, architectura, arte pingendi, arte statuaria, poetica, rhetorica, valde recentiores populos antecedunt.

*Th. III.* Græci Romanique, naturam, cui diligenter studiebant, proxime imitati sunt, atque ita ex primo et sincerissimo fonte hauserunt.

*Th. IV.* Opera Veterum igitur exemplaria sunt ad ipsam naturam expressa, nostra fere imitationum imitationes, eaque satis interdum serviles.

*Th. V.* Si vero ad disciplinas respicimus, haec in duo omnino genera dividenda sunt: primo in illas, quae acumen ingenii et subtilitatem postulant, et deinde in illas, quae ab experientia et observationibus maxime pendent.

*Th. VI.* In illis Veteres altiore locum obtinenter, quamvis Recentiores eas valde amplificaverint: tamen eis honori est nobis viam ostendisse, qua facile erat longius progreedi.

*Th. VII.* In his vero Recentiores super Veteres eminent, tot seculis enim maiores progressus in Physica, Astronomia, Geographia, aliisque hujus generis artibus facere debuerunt.

OBIBEM OISV MDT IN AT

## DISPUTATIO

D. XXII SEPT. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. ABEL. Opp. RAMDOHR. RÖMER.

Philosophiam  
ad omnes scientias reliquas esse necessariam.

*Th. I.* Philosophia est scientia ratione utendi, ratione autem recte utimur, si quod verum est in omnibus rebus studiose persequimur.

**Th. II.** Ex his jam satis cognoscitur philosophiae necessitas: attamen illam, quanta sit in doctrinis singulis, respiciamus.

**Th. III.** Doctrinas omnes reliquas quatuor plerumque generibus complecti solent: Theologia, Jurisprudentia, Medicina & Litteris elegantioribus.

**Th. IV.** Jam Theologo philosophia est necessaria

1. ad inveniendas, distinguendas, interpretandas, defendendas que veritates libris sacris comprehensas.
2. Ad homines melius cognoscendos, quo studio solummodo fieri potest, ut ad illos emendandos operam suam utiliter conferat.

**Th. V.** Deinde Jurisconsulto

1. ad jura cognoscenda &
2. pro hisce lites dijudicandas.

**Th. VI.** Tum vero Medico

1. ad remedia, quae ei offert natura, discernenda &
2. hæc ad morborum curationem adhibenda.

**Th. VII.** Denique litterarum elegantiorum amanti ad ea, quæ venusta, bona & utilia sunt, invenienda.

**Th. VIII.** Omnibus vero ad reperienda necessaria, ad cognoscenda officia & ad veri cognitionem amplificandam & perficiendam una philosophia maxime inservit.

# DISPUTATIO

D. XXVII SEPT. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. THILO. Opp. VORLAUFF. ABEL.

## Metaphysicam

non tantum abesse a vita communi  
quam plurimi credunt.

**Th. I.** Disciplina, quam nomine ab Aristotele pri-  
mum invento Metaphysicam nominare so-  
lemus, notiones rerum generalissimas & abstra-  
ctissimas continet.

**Th. II.** Hinc multi Metaphysicæ exprobrant, quod  
homines a vita communi avocet, eosque ad solam contemplationem adducat; plane certe in-  
utilem judicant ad vitam communem dirigendam  
& emendandam.

**Th. III.** Atque non negandum est, Metaphysicam  
multos a vita cōmuniti avocatos ad Tolam con-  
templationem adduxisse; plures autem qui &  
huic scientiæ operam dederint, & in vita ipsa  
prudentiæ laudem consecuti fuerint, ita tamen  
hæc a se segregata habuisse, ut quomodo no-  
tiones suas Metaphysicas ad vitam humanam re-  
ferant, non didicisse videantur.

**Th. IV.** Ad illud tamen, si judicare mihi licet, vi-  
tio magis hominum, quam aut naturæ humanae  
aut disciplinae ipsi tribuendum est.

**Th. V.** Natura humana veri investigandi cupiditate  
ducitur & contemplatione delectatur: non mi-  
nus tamen, innato quodam ipsius animi impul-  
su, quidquid veri cognoverit, ad se ipsam &  
actiones suas referre solet. Eadem porro, si  
ratione satis exulta clare intellexerit, perfeccio-  
nem humanam non in contemplatione sola,  
sed maxime in actione esse positam, multo ma-  
gis etiam omnia, quæ perfecerit, vita & actio-  
ni accommodabit.

**Th. VI.** Deinde vero Metaphysica ipsa minime a vita  
communi tantum abest, quantum plurimi cre-  
dunt. Quod ipsum paucis probare mihi jam  
propositum est.

**Th. VII.** Metaphysica igitur continet notiones gene-  
ralissimas & abstractissimas, quæ nec ipsæ per  
se existunt, nec sensibus subjiciuntur. Sed

**Th. VIII.** Fundamentum harum notionum in rerum  
natura, quæ sensibus percipitur, atque in ipsa  
vita communi inest.

**Th. IX.** Nihil aliud enim universa illa scientia con-  
tinet, nisi, quod ipsum Aristoteles scite ex-  
pressit, metà physis, id est, ea, quæ natu-  
ra diligenter notata & observata rebusque inter-  
se studiose comparatis ex illa ipsa observatione  
& comparatione sequi videntur.

**Th. X.** Notiones igitur Metaphysica cum a natura re-  
rum hoc modo deriventur, vita ipsi communi  
superexstructæ sunt.

**Th. XI.** Ita notiones, quas sive de animo humano  
in specie, sive de omnibus, quæ mente & in-  
tellectu prædita sunt, in genere Psycholo-  
gia exponit, ex iis derivata sunt, in quibus  
homines, quamvis diversos, quatenus ratione  
sunt instructi, convenire inter se videmus.

**Th. XII.** Cosmologia ex phænomenis, quæ in  
toto hoc, quod videmus, universo apparent,  
ad causas & rationes horum phænomenorum  
nos perducit.

**Th. XIII.** Ex rerum magnitudine, numero, ordine,  
dispositione, pulchritudine, tanquam effectis  
in Theologia naturali ad naturam &  
perfectiones summae illius Mentis concludimus,  
quæ hæc omnia potuit perficere.

**Th. XIV.** Ontologia non nisi a concretis pri-  
mum, deinde ab ipsis abstractis multos per gra-  
dus abstrahendo generalissimas illas, quas nobis  
sistit, & abstractissimas reperit notiones.

**Th. XV.** Jam vero, qua via ascendimus, si viam  
ipsam bene notavimus, eadem iterum descendere;  
id est, easdem notiones, quamvis abstractas,  
ut a rerum natura & vita communi haui-  
simus, ita eodem, ubicunque opus fuerit, ite-  
rum referre poterimus.

**Th. XVI.** E. g., si abstractissima quævis, quæ in  
ontologicis de causis et effectibus traduntur,  
bene perceperimus, nullumque effectum intelle-  
ximus sine causa ne cogitari quidem posse: ea  
omnia ad quoscunque naturæ eventus & ad  
omnia, quæ in vita humana occurrunt, facile  
est applicare.

**Th. XVII.** Quibus omnibus p̄emissis, minime tamen negatur, in hac in primis scientia reperi philosophos, qui eo subtilitatis progrediuntur, ut hæc notiones illorum abstractissimæ toto fere cœlo a rerum natura & vita communi removantur & segregentur.

**Th. XVIII.** Conceditur etiam, hæc ipsa maxime ex causa, multorum Metaphysicam, quam didicērunt, & vitam humanam, quam oculos habent, tam nihil inter se conjunctum & commune habere, ut neutra vīm aliquam in alteram emendandam nanciscatur.

**Th. XIX.** Hæc omnia bene si ponderamus, Metaphysica & facilissima, cujus tenerima æras jam elementa capiat, & difficillima pariter scientia videtur esse, cujus subtiliori studio nec Leibnitiorum & Newtoniorum ingenium omnino sufficiat.

11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

SEMESTRE HYEMALE.



MDCCXCII.

SEWESIRE HEMALE.

MDCXCII.

# DISPUTATIO

D. XX Oct. MDCCXCII

H A B E N D A.

Resp. FISCHER I. Opp. FISCHER II. MÆRTENS.

---

Vir doctus de artibus  
omnibusque omnino in vita communis  
rebus obviis rectas notiones habeat  
necessæ est.

---

*Th. I.* Vir doctus non solum scientiis vacare debet,  
sed etiam artium et reliquarum rerum omnium,  
quæ in vita communi occurunt, cognitionem  
sibi parare.

*Th. II.* Idque primum sui ipsius causa.

*Th. III.* Augebit enim cognitionem suam; neque  
tamen proprium, quod sequitur, studium ne-  
gliget aut omittet, ad illam enim cognitionem  
augendam horæ subsecivæ sufficient.

*Th. IV.* Oblata occasione de plurimis rebus judi-  
candi, et illos ipsos maxime observando, qui  
his rebus se exercent easque optime intelli-  
gunt, ipse vim judicandi admodum acuet.

*Th. V.* Variis hisce notitiis instructus, alias ad alias  
applicare earumque ope emendare disset, plu-  
rimisque igitur in rebus prudentius aget.

**Th. VI.** Varietas hæc denique, quam in vita humana sic reperiet, quam plurimam illi afferet delectationem, et ex rebus ipsis et ex hominum commercio hauriendam.

**Th. VII.** Deinde aliorum causa.

**Th. VIII.** Inferiorum ordinum homines ab iis, qui litteris sese dederunt, maxime excolendi sunt; hi igitur, si de illorum vita & artibus judicare dicierunt, præcepta & studia sua quæcumque multo facilius ad illorum ingenium accommodabunt.

**Th. IX.** Cum denique nullum cognitionis genus sit, quod suo loco atque tempore non utilitatem suam habeat, quo magis varia cognitione quis instructus est, eo sèpius huic occasio erit alios sive consilio sive re ipsa juvandi.

# DISPUTATIO

D. XXVII Oct. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. FISCHER II. Opp. FISCHER. I. HECHT I.

---

Alexandrum magnum non sumto  
veneno periisse.

**Th. I.** Si disceptare volumus, an Alexander veneno perierit, nec ne, necesse est, ut scriptores, qui ejus vitam descripserunt, legamus. Illi vero, qui Alexandri magni vitam descriptam nobis tradiderunt, in primis sunt Plutarchus, Justinus & Curtius.

**Th. II.** Cum Alexander florente etate perierit, multi autem, qui ejus vitam descripserunt, causam non perspicerent, cur tam adolescens jam mortuus sit, scripserunt, quasi tragœdiam fingerent, Alexandrum sumto veneno periisse.

**Th. III.** Sed hi non attenderunt, firmissimam sanitatem intemperantia brevi saepe destrui. Quod in Alexandro factum esse Plutarchus narrat.

**Th. IV.** Etiam non ponderabant, Alexandrum saepius gravissime vulneratum esse; quare, et si restitutus & sanus videbatur, tamen corpus infirmum esse poterat.

**Th. V.** Plutarchus narrat Alexandrum morbo naturali ægrotasse, intemperantia sua autem sibi mortem attraxisse; commemorat adeo, dum ephemerides de morbo Alexandri nobis adfert, cum febri jaçtatus esset, vinum bibisse.

**Th. VI.** Quæ quidem omnia non absolute probant, Alexandrum non veneno infectum esse, sed demonstrant tamen, Alexandrum verosimilius morbo naturali quam beneficio periisse.

**Th. VII.** Si Alexander veneno periisset, certe symptomata quædam adfuissent, ex quibus concludi potuisset ad venenum.

**Th. VIII.** Porro cum Alexander jam mortuus esset, & duces dissiderent, cuinam obtemperarent, cadaver nonnullos dies inhumatum mansit, nec ullum indicium veneni adfuit.

**Th. IX.** Si vinum & frigidum intemperanter in ipso morbo acutissimo bibit, satis id veneni putandum est, quo facile extingui potuit.

**Th. X.** Denique Plutarchus nobis tradit Olympiam fuisse primam, quæ sex denum annis præterlapsis mentionem fecerit de aliquo Alexandri beneficio.

II. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

III. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

IV. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

V. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

VI. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

VII. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

VIII. 2a p. non strampeianus strampeianus  
non strampeianus strampeianus

# DISPUTATIO

D. III Nov. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. MÆRTENS. Opp. RAMDOHR. RÖMER.

Religionem christianam  
omnibus temporibus & populis esse  
accommodatam.

*Th. I.* Religio dicitur modus colendi deum.

*Th. II.* Religio christiana est ea, quam Christus docuit & libri christianorum facri continent.

*Th. III.* Religio christiana, ut quævis religio & credenda scienda, & agenda comprehendit.

*Th. IV.* Illa hujus generis sunt, ut, quatenus felicitatem nostram tangunt a quovis intellectu humano & sensu communi capi & intelligi possint:

*Th. V.* Hæc vero, ut a quovis homine, bene beatique vivendi cupido, peragi & possint & debant.

*Th. VI.* In genere omnia in religione christiana ita universæ humanæ naturæ apta sunt, ut homini cuivis, eam ipsam ob causam, quod homo est, convenient.

**Th. VII.** Quod ut intelligatur, essentialia in primis a non essentialibus bene distingua sunt: Illa in religione christiana constituuntur, haec diversis locis temporibusque ordinanda relinquuntur.

**Th. VIII.** E. g. Religio christiana præcipit, ut magistratus bene præsent, subiecti bene pareant; cæterum nullam imperii aut regiminis formam commendat. Pari modo & Deum sincero animo colendum præcipit, formam, ritus, cæmonias liberas relinquunt; aut si quid in his rebus præcipit, quam parcissime & simplicissime præcipit, ut et in illis ipsis essentialia tantum proponantur.

**Th. IX.** Jam ejusmodi religio a quovis homine, eam ipsam ob causam, quod homo est, disci & exerceri potest; ergo omnibus temporibus & populis, tamquam religio ipsi humanæ naturæ consentanea, accommodata est.

**Th. X.** Neque vero haec virtus religioni christianæ forte fortuna contigit, sed Christus confilio ita eam instituit, ideoque illam ad omnes homines & omnia secula permanaturam prædictit.

al. eisdem. cu. eisdem. eisdem. alii. N. AT  
infelicitate. eisdem. eisdem. eisdem. eisdem.  
igilesni. ab. i. eisdem. eisdem. eisdem.  
eisdem. eisdem. eisdem. eisdem. N. AT  
ab. ab. infelicitate. eisdem. eisdem. eisdem.  
al. amicis. eisdem. eisdem. al. amicis. eisdem. al. AT  
inimicis. al. eisdem. eisdem. eisdem. eisdem.  
de. eisdem. eisdem. eisdem. de. eisdem. eisdem.  
eisdem. eisdem. eisdem. eisdem. eisdem.

# DISPUTATIO

D. X Nov. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. HECHT I. Opp. SÖLLIG. ZIEMANN.

---

Americæ detectionem magnæ utilitatis fuisse.

---

*Th. I.* Multi fuerunt & adhuc sunt, qui utilitatem detectæ trecentis abhinc annis Americæ negant; qui quanto errore laborent, paucis demonstrabo.

*Th. II.* Multæ disciplinæ ex eo tempore sunt perfectiores redditæ.

*Th. III.* Inprimis Geographia, cum terræ nostræ cognitio omnibus illius partibus pererrandis ab omni parte amplificata fuerit, & perfecta.

*Th. IV.* Idem Historiæ naturali, Physicæ & medicinæ contigit, tam multis in omni regno naturæ rebus novis detectis.

*Th. V.* Res nautica etiam ex eo tempore est multo melior & perfectior.

**Th. VI.** Commercium denique incredibiliter est  
auctum.

**Th. VII.** Hinc multæ res nobis antea ignotæ, aut  
raræ, allatæ sunt;

**Th. VIII.** Multi etiam homines industrios facti,  
studuerunt sibi commercio in hanc terram sus-  
cepto divitias comparare.

**Th. IX.** Ex his jam apparet Americæ detectionem  
magnæ utilitatis fuisse.

M. I. AT  
invenimus quod dicitur in libro de  
ab aliis pessimis status circa ipso anno  
negat quoque —————— AT  
etiam si non —————— AT  
nihil nisi unius —————— AT  
aliorum enim nulli certe omnino nihil  
ad hoc —————— AT  
liberum est utrum —————— AT  
enim omnes inde ab eis non nisi  
etiam si non —————— AT  
certe non nisi —————— AT  
etiam si non —————— AT  
certe non nisi —————— AT

# DISPUTATIO

D. XVII Nov. MDCCXCII

## HABENDA.

Resp. RAMDOHR. Opp. KUNZE. KRAMER.

---

Jurisconsulto quoque  
Theologiae cognitionem esse necessariam.

**Th. I.** Theologia omnium reliquarum doctrinarum  
princeps est.

**Th. II.** Hac enim bene perspecta nititur Religio,  
sine qua nemo viri sapientis aut exculti nomine  
dignus est.

**Th. III.** Ut igitur nemo illorum, qui bonis litteris  
incumbunt, ita nec Jurisconsultus hac cognitio-  
ne potest carere.

**Th. IV.** Cur autem & huic in primis necessaria sit  
plures omnino sunt rationes.

**Th. V.** Primo enim causæ offerri possunt, quæ ex  
doctrina theologica judicandæ sunt; in quibus  
etsi Theologi adhiberi possunt in consilium, me-  
lius tamen est, Judicem non ab alieno pendere  
consilio, sed ipsum justa illarum rerum scientia  
esse instructum.

**Th. VI.** Deinde ad docendos movendosque homines  
multis in rebus argumenta ex hisce doctrinis  
repetenda requiruntur, & plus quam omnia re-

liqua proderunt, e. g. in gravitate jurisjuran-  
di demonstranda.

**Th. VII.** Tum vero Jurisconsultus ante omnes alios  
vir bonus & religiosus sit necesse est: huic enim  
vitam nostram, bona, famam, omniaque omni-  
no, quæ nobis carissima sunt, committimus.

**Th. VIII.** Idem humanitate excellat necesse est, ut  
ex bono & æquo judicet, neminem opprimat,  
omnium, qui injuria afficiuntur, defensorem se  
natum existimet, atque illos ipsos, quos legum  
severitas coercent, quantum in ipso est, huma-  
niter tractet. Humanitas illa autem a vera Dei  
cognitione maxime proficiscitur.

**Th. IX.** Denique vero cum Theologia veram ad fe-  
licitatem & præsentem & futuram demonstret vi-  
am, & ipsius & aliorum causa, cum felicitatis  
humanæ pars quam maxima illius manibus cre-  
datur, optandum est, ut ab illa scientia ne ali-  
enus sit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-797291-p0068-0

# DISPUTATIO

D. XXIV Nov. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. RÖMER. Opp. HEINEKE. FAHRENHOLZ.

Perfectam ordinum æqualitatem  
cogitari haud posse.

**Th. I.** In ordinibus distinguendis dupliciter potest peccari, vel nimiam inæqualitatem statuendo, vel perfectam æqualitatem postulando.

**Th. II.** Illud veteres Aegyptii peccarunt, & Indi nunc etiam peccant; ita singulos separando ordines, ut ab alio in alium transire nefas sit.

**Th. III.** Alterum ab illis hodie delinquitur, qui, omni ordinum distinctione sublata, summa imis miscent, idque ipsum Libertatis & Aequalitatis nomine insigniunt.

**Th. IV.** Ordinum distinctio ex diversitate quadam virtutum, studiorum, artium, meritorum, quæ in certis familiis tempore quasi domestica facta fuerunt, enata est.

**Th. V.** Hoc vero cum humana natura secum ferat, diversitate quadam ingeniorum & corporum per familias dispartienda, ipsa diversorum ordinum fundamenta jecit.

**Th. VI.** Idem autem & societati humanæ utile est, cum studia in certis familiis perpetua tanto magis perficiantur, grata autem bene meritorum in rempublicam memoria alios etiam ad bene merendum incitet.

**Th. VII.** Ubi vero ordinum distinctiones jam institute fuerunt, ibi multa majora etiam ex iisdem sublatis incommoda nascuntur.

**Th. VIII.** Nascuntur enim inde perturbationes iurium & officiorum, quæ cives civibus debent; oppressiones aliorum, simulac inter pares enascuntur, qui leges infringere valeant & audent; discordæ & dissidia potentium; cædes bonorum; fugæ timidorum & dissentientium; artium bonarum & agriculturæ neglectus; bella civilia, quæ omnium acerbissime & andelissime geruntur, sœpe etiam, cum vicini rempublicam infirmiorum vident, bella externa provocant.

**Th. IX.** Non igitur diversitas aut inæqualitas ordinum tollenda, sed providendum modo, ne quis ordo supra leges elatum aut ad alios opprimendos se natum existimet, omnes porius, humanæ naturæ & communis patriæ memores, mutuis inter se officiis certent.

# DISPUTATIO

D. I DEC. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. SÖLLIG. Opp. LENTZ II. FRANTZ.

---

Quisnam juvenis litteris incumbere  
possit & debeat?

**Th. I.** Priusquam quærimus, cui juveni litteris incumbere liceat, primi distinguendum & exponendum est, quamobrem studiis inserviamus? Et quas facultates a juvente litteris vacante merito poscere possimus? Sequentibus igitur propositionibus haec investigabimus & ab uno ad alterum veniemus.

I. Quamobrem studiis inservimus?

**Th. II.** Unusquisque pars est universæ societatis humanae. Gravissimum igitur illius officium est, unde omnia reliqua proficiuntur & quo redeunt, perfectioni & commodis humani generis confulere. Hoc autem nullo modo fieri potest, nisi quis sibi ipsi consulat & se ipsum perfectiorem reddat. Qui sibi autem consulit, eo ipso universæ societati, cuius pars est, consulit.

**Th. III.** Hoc autem dupli modo effici potest. Cum unusquisque ad actionem natus sit, vel corpus suum ad artes illas excolere debet, quibus victum

& reliqua tam sua quam aliorum commoda cu-  
rare & comparare possit; vel

**Th. IV.** animum suum ita excolere, ut ad animos  
aliorum excolendos & cognitionem rerum utilium  
divulgandam, quantum fieri potest, con-  
ferat. Quibus hoc propositum est, docti vel  
litterarum studiosi nominantur.

**Th. V.** Cum autem animus pars hominis gravissima  
& præstantissima sit, illi etiam maximam curam  
ac gravissimum munus habent, qui illam exco-  
lere volunt. Omnibus igitur bene cogitandum  
& explorandum est, quamnam sibi vitæ condi-  
tionem deligant, ne in posterum scientia neces-  
faria careant.

**Th. VI.** Propositum autem nobis esse debet, qui-  
cumque studiis doctrinisque dediti sumus, ut tan-  
tum scientiæ & linguarum, tamque perfectam re-  
rum notitiam nobis comparemus, ut in poste-  
rium aliis quam plurimis utiles fieri, &, quid-  
quid nobis compararimus, ad aliorum com-  
moda conferre possimus.

2. Quæ facultates a juvēne litteris vacante  
postulantur?

**Th. VII.** Qui vel publice in scholis & academiis  
vel privatim occupantur, illarum litterarum  
sibi comparare debent cognitionem, quæ maxi-  
me gentes ad culturam evehunt; & populorum  
discere linguas, qui hac cultura longissime pro-  
gressi sunt, ut ex scriptis eorum utilissima quæ-  
que discant. Quibus finibus qui vires adhi-  
bent; illos bonarum litterarum studiosos no-  
minamus.

**Th. VIII.** Qui autem viribus in aliquo proposito  
perseguendo vult uti, vires ipsas habeat necesse  
est. Nam usum tantummodo & applicationem,  
non autem vires ipsas discendo acquirere pos-  
sumus.

**Th. IX.** Qui igitur studiis inservire vult, ante omnia ingenio ad litteras ipso prædictus esse debet. Quo qui prædictus est, solus illis potest incumbere.

**Th. X.** Neque tamen ii solum litteris apti judicandi sunt, qui præter cæteros exsplendescunt: quod enim ingenio deest, modo ne quis omnino habes sit, diligentia tanto majore & bona occasione discendi compensari potest. Inprimis tamen curandum est, ut quo quis meliori ingenio excellit, eo magis bonis litteris conservetur.

**Th. XI.** Boni ingenii autem hæc maxima signa sunt: major vis animi, quæ perpetuo veri cognoscendi studio ducitur; sensus subtilior, omnibus rebus intentus, & qui omnia, quæ in rerum natura occurrunt, facile, ut sunt, comprehendet; vivida imaginatio; memoria felix; ante omnia autem, ratio sana, bonus intellectus, acre judicium.

**Th. XII.** Ex varia harum facultatum compositione & mixtione varia etiam ingenii genera & quasi formæ oriuntur; ex quo ipso deinde varia hominum studia nascuntur, ut ne cui vitæ generi aut conditioni sui cultores desint.

**Th. XIII.** Inprimis tamen, etiamsi reliqua exigua aut infirmiora sint, videndum, an juvenis judicio valeat? Nam sensu acriore, phantasia vividiore non omnibus in rebus opus est, judicio fano nulla in re carere possumus.

**Th. XIV.** Quæsitum eriam est, an omnium conditionum hominibus permitti possit, ad studia accedere? Quod omnino permitti debet, cum omnia ab ingenio, non ab externa conditione pendeant. Neque tamen illud prætereundum, non licere inferioribus vitæ conditionibus bona

ingenia eripere; omnes enim artes & opificia ab hominibus boni ingenii inventa & perfecta sunt & amplius perfici debent.

**Th. XV.** Paupertas & res angusta domi minime a litteris excludunt; cum hec & institutis variis & ditiorum beneficentia & propria diligentia multis modis compensari possint. Tamen facultates nostrae, cum illa partim incertia sint, etiam atque etiam consulendae sunt.

**Th. XVI.** Bonitas animi & morum in juvete litteris se dedituro maxime spectanda est. Omnis enim virtus & urbanitas ab iis, qui litteris exculti sunt, in reliquos hominum ordines ut propagentur, jure postulari potest.

**Th. XVII.** Corporis etiam magna ratio habenda. Litterae enim, et si rebus corporis robur exinium aut athletarum latera non desiderant, firmam tamen valetudinem postulant, quae laboribus interdum continuis & multa cum contentione peragendis sufficiat.

**Th. XVIII.** Denique aliorum sepe etiam, parentum, tutorum, magistratum, amicorum voluntas audienda & consilia sequenda: neque enim tantum refert, quamnam vitam diligamus, quam ut in illa, quam delegimus, patriæ sumus jucundi & utiles.

NIK. AT  
nib. hec. citoq. iniunq. evindit  
meo. sed o. iniunq. evindit.  
enotilior. adiutor. da non. omegai da nimo  
urbans. q. nulli usum. nra. D. assens  
nro. evindotilior. mte. evindotilior. etcc. non.

# DISPUTATIO

D. VIII DEC. MDCCXCII

HABENDA.

---

Resp. ZIEMANN. Opp. KÖPPEN. FISCHER I.

---

Tyrorum libertatem reipublicæ  
esse salutarem.

**Th. I.** Tyrorum inventione litteris artibusque quam  
maxima exorta esse commoda, non erit, qui  
dubitetur.

**Th. II.** Sunt autem, qui tyrorum usui illimitato  
tanta mala adjuncta putent, ut eum coercendum  
esse censeant.

**Th. III.** Cujus tamen timoris vanitas satis demon-  
strari posse videtur.

**Th. IV.** Quodcumque enim typis divulgatur, aut  
verum aut falsum est. Si veritati, unde omnis  
felicitas humana proficiscitur, respondet, haud  
dubie omni modo divulgandum est.

**Th. V.** Falsum autem, quod simul typographorum  
opera in lucem prodit, exercet ingenium ho-  
minum & acuit judicium; eoque ipso modo ve-  
rum denique, falsi vanitate perspecta, eo cer-  
tius humanis animis infidet.

**Th. VI.** Haud obscurum est, opiniones præsertim in  
religione noxias, ea ipsa de causa typis publice

esse prostituendas, ut refellendo & meliora docenda extirpari queant.

**Th. VII.** De rebus politicis scribendi libertas primo civitati ipsi salutaris est, cum magistratus, ut quam maxime saluti publicae prospiciant, impelluntur;

**Th. VIII.** Deinde principi, qui subditorum suorum, qui nulla ratione alia melius amicorum fidem, populi vota atque verum civitatis statum perspicere, atque ita simul omnia mala futura caverre potest.

**Th. IX.** Quod ad calumnias & maledicta typis publice facta attinet, nomina autorum addantur; ita enim quisque aliquo modo famae sua confulens, quo minus indecenter alios increpitet, impeditur. Præterea judices & judicia habemus.

**Th. X.** Quæ quidem omnia historia abunde probat, docens, civitates libertate hac oppressa, infirmiores, concessa autem & intus & adversus externos hostes validiores fuisse.

# DISPUTATION

D. XV DEC. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. KUNZE. Opp. LENZI. FISCHER II.

---

Non opus esse, ut carmen epicum sententia morali nitatur.

**Th. I.** Fuerunt quidam, in primis le Bossu, scriptor Gallicus, qui carminis epicis finem, quem propter totum esset compositum, sententiam quandam moralem esse contenderent. Ego vero, ex aliorum sententia, quantum fieri poterit, primum demonstrabo.

**Th. II.** Non opus esse, ut carmen epicum sententia morali nitatur; deinde vero concedam & probabo, sententias morales in eo inesse debere. Primam partem rursus in duas partes describam, ab una parte impedimenta, ab altera parte commoda rei exponens.

**Th. III.** (i. a.) Carmen epicum est narratio poetica de re aliqua magna & admirabili.

**Th. IV.** Actio epica est aut tota ficta, aut tota vera, aut ex parte ficta, aut ex parte vera.

**Th. V.** Si actio epica tota est ficta, tunc facillimum quidem est, ut sententia morali nitatur, cum poëta ex arbitrio suo tunc omnia instituere & ad exitum perducere possit.

**Th. VI.** Si actio epica ex parte est ficta, ex parte vera, multo jami major opera poëtæ adhibenda est, si actionem ad sententiam hujusmodi moralem revocate vult.

**Th. VII.** Difficillimum autem est, si actio est tota vera; nam hic fieri potest, ut sententia moralis animo concepta aut plane non apta sit, aut minus commode certe cum illa conjugatur.

**Th. VIII.** Ex quibus omnibus apparet, fieri quidem posse, ut carmen epicum morali sententia nitatur, sed tamen perfectionem carminis eodem impediri posse.

**Th. IX. (I. b.)** Impedimenta hæc autem non occurserunt, si quis moralem sententiam operi non ante proposuerit.

**Th. X.** Cogitatio perpetua, ne forte unquam ab hac sententia deerret, perfectionem operis non impedit; singulæ partes liberæ atque expeditæ erunt, nihil anxiæ apparebit; multa episodia præclara, quæ alias omittenda fuissent, carmen ornabunt.

**Th. XI. (II.)** Nihilominus tamen philosophia & præcipue sententia morales carmine epico inesse debent; nam verum & utile maxime probatur.

**Th. XII.** Sententias morales autem in epico carmine & utilitatem, cum bonæ sententiae morales numeris & verbis exquisitis expressæ a lectori memoria facile teneri possint; voluptatem, cum

actionem ita interpellent, ut lector se reficiat  
& novam attentionem ad ea, quæ sequuntur,  
colligat.

**Th. XIII.** Ab his sententiis moralibus omnis fere  
poëtae popularitas & fere dixerim immortalitas  
pendet. Hac certe arte maxime Homerus apud  
Græcos, Miltonus & Shaksperius apud Anglos  
in sempiterna populorum fœtu[m] memoria man-  
ferunt.

**Th. XIV.** Homerus, exemplum cuiusvis poëtae epi-  
ci, est sententiosissimus: at nec Ilias tamen nec  
Odyssæ sententia aliqua ethica nituntur, sed suo  
loco sententias tot tamque præclaras intersper-  
fas habent, ut recte de eo Horatius:

Qui quid sit pulcrum, quid dulce, quid  
utile, quid non,

Plenius ac melius Chrysippo & Crantore  
dicit.

---

1. Non solum quod sit, sed quod sit illi. At  
2. Quod sit, non solum quod sit illi, sed  
3. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
4. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
5. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
6. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
7. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
8. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
9. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed  
10. Quod sit illi, non solum quod sit illi, sed

# DISPUTATIO

D. XXII DEC. MDCCXCII

H A B E N D A.

• Resp. KRAMER. Opp. MAERTENS. HECHT I.

---

Quam habuerint utilitatem expedi-  
tiones cruciatæ.

*Th. I.* In utramque partem de commodis & incommodis expeditionum cruciatarum multa discep-tata, atque revera ab utriusque partis disputantibus rationes gravissimæ allatæ sunt: mihi jam igitur liceat examinare, quam habuerint utilitatem.

*Th. II.* Constat, expeditiones, quæ vulgo cruciatæ vocantur, quamvis septem fuerint, infelices fuisse, quum cruciati terras expugnatas ob.ine-re & defendere minime potuerint.

*Th. III.* Multæ autem res, et si nunc sunt noxiæ, tamen in posteritatem maximi momenti esse pos-sunt. Hoc modo bellum quoddam singulis interdum partibus nocere, universo autem po-pulo aut humano generi utile esse potest.

*Th. IV.* Pari modo de expeditionibus cruciatis judi-candum, quæ & suis temporibus, & in poste-ritatem multis modis utilissimæ fuerunt.

*Th. V.* Primum igitur suis temporibus utilitatem variam habuisse contendimus. Nam

**Th. VI.** a) Europam multitudine hominum perditorum, quam faciem plebis nominare solemus, liberarunt.

**Th. VII.** b) Gentes arctius ipsis expeditionibus conjuncte sunt; quarum ope & aliarum gentium ritus moresque cognoverunt, & comparando & distinguendo novas ideas sibi conciliarunt & suas emendarunt.

**Th. VIII.** c) Homines cupiditate novi audiendi vivendique inflammati sunt, quum, amplius patere terram, quam putarant, cognoverint, intuendoque terras ipsas, rationem suam correxerint.

**Th. IX.** d) Expeditionibus illis ceterae terrarum orbis partes colonis instructae sunt.

**Th. X.** e) Illi populi, et si non dederunt nomen doctrinæ christianæ, aliqua ex parte tamen sunt exculti.

**Th. XI.** f) Europa variis alimentorum generibus aliquisque hujus generis commodis ex eo tempore gaudet, que antea non habuit.

**Th. XII.** His enumeratis deinde majorem etiam utilitatem in posteros inde redundare videbimus.

**Th. XIII.** Atque mutationes & revolutiones maximæ, quibus ex illo tempore tota Europa conquassata est, facile nos aducunt, ut credamus, aliquam harum mutationum causam in iis ipsis expeditionibus inesse. Sed singulæ utilitates sunt commemorandæ.

**Th. XIV.** a) In primis illæ expeditiones occasionem dederunt seculis posteris illorum temporum ignorantiam & amentiam intelligendi, ita ut huic partim experientiæ nostram culturam & meliorrem cognitionem debeamus.

**Th. XV.** b) Europæ imperium mutare & emendaræ multum eadem adjuvarunt, sive Nobilitatem spectemus, sive Clericos & Laicos, sive Libero-rum Servorumque conditionem.

**Th. XVI.** c) Similem etiam mutationem bonam hoc impulsu accepit Religio; tam in abroganda, et si aliquanto post, infinita Pontificis Romani potestate; quam cognitione multarum rationum aliarum Deum colendi in Europam transferenda.

**Th. XVII.** d) Expeditiones illæ nobis demonstrant, quanta superstitione insaniaque religiosa animus humanus decipi potuerit, & exemplum, quo moneremur, nobis proposuerunt.

**Th. XVIII.** e) Commercium, quod quidam negant, cum Asia & Africa aliqua ex parte auctum est.

**Th. XIX.** f) Equestres quidam ordines, beneficentia exercendaæ consecrati, inde originem traxerunt.

**Th. XX.** g) Disciplinis eadem favebant, cum Antiquitat, tum Historiæ, Geographiæ, Astronomiæ, Linguarum cognitioni, Poësi, Arti navigandi &c.

**Th. XXI.** Morum urbanitati denique progagandæ haud parum consulebatur, cum populi rudiores & inculti populos cultiores viderent, quorum exemplum imitarentur.

**Th. XXII.** Neque futuris seculis deerit profecto, quæ eodem referri possint; cum tamen interea aliæ tam multæ accesserint mutations gravissimæ, difficilius semper erit futuro tempore judicare, quid ex illarum quaque derivandum sit.

# DISPUTATIO

D. XII JAN. MDCCXCIII

HABENDA.

Resp. HEINEKE. Opp. RAMDOHR. RÖMER.

---

Ciceronem Romanorum omnium  
ad instituendam & formandam juventutem  
esse aptissimum.

---

*Th. I.* Inter omnes Romanos, & omnes fere dixerim veteres, scriptores nullus exstat, qui numero, gravitate, varietate & perfectione librorum Ciceroni æquiparandus fit.

*Th. II.* Eam ipsam autem ob causam etiam ad instituendos & formandos juvenes, bonarum litterarum cupidos, est aptissimus.

*Th. III.* Primum enim, in illa librorum copia, restam multas amplectitur, ut in omni vita hominum & rerum natura nihil fere sit, cuius generis non & apud Ciceronem aliquid occurrat: ut universa fere institutionis juvenilis materia ex illo repeti possit.

*Th. IV.* Idque eo magis, cum omni etiam ætati prospectum sit: faciliora enim & difficiliora ita in scriptis illius mixta reperiuntur, ut & pueri habeant, quæ intelligent, & juvenes & viri & senes, quibus exerceantur & delectentur.

*Th. V.* Scribendi autem Cicero unus fere loco omnium magister est. Non enim ingenii impetu abruptus,

uni viæ tantum institit, sed, arte & disciplina perfectus, omnia genera tentavit, & omnium generum confilio nobis exempla reliquit. Ita ad sublime & tenue, ad historicum & philosophicum, & quocunque omnino dicendi genus illo duce juvenis conformari potest.

**Th. VI.** Denique & illud haud prætereundum est, quod ea morum animique puritate excellit, ut non doctum solum & eloquentem, sed bonum etiam virum illum præstet, qui se ipsi instituendum conformandumque tradiderit.

**Th. VII.** Quibus in omnibus usum ipsum atque experientiam testem habemus: quidquid enim doctorum, elegantium, disertorum virorum ex illius ad nostra usque tempora fuit, omnes magnam laudis sua partem huic se debere professi sunt.

# DISPUTATIO

D. XIX JAN. MDCCXCIII

HABENDA.

Resp. FAHRENHOLZ. Opp. SÖLLIG. ZIEMANN.

Legum publicarum cognitionem recte institutionis juvenilis partem fieri.

**Th. I.** Sine legibus, quæ jura ac bona nostra defendunt, reipublicæ felicitas minime consistere potest.

**Th. II.** Ut vero patriæ cognitionem universam sibi comparare quemque decet, sic etiam præcipue legibus ejus cognoscendis studeamus necesse est.

**Th. III.** Cum autem in tanta legum multitudine iufere foli earundem cognitionem sibi comparare possint, qui jurisprudentia student, omnes cæteri ab ea cognitione sunt exclusi.

**Th. IV.** Nam ii e. g. qui in Academia Theologicæ, Medicinæ etc. student, iis litteris, quibus sedant, impediuntur, quominus eas five publice audiendo, five privatim legendō cognoscant.

**Th. V.** Idem, cum jam muneribus funguntur, par modo negotiis suis prohibentur.

**Th. VI.** Per multa quidem & in hoc genere convergentes cum aliis hominibus discere possumus, sed hujusmodi cognitio semper tamen imperfecta manet.

**Th. VII.** Multo magis aliorum ordinum aut artium homines hac occasione privati sunt.

- Th. VIII.** Præcipue autem inferius hominum genus & pauperius ea omnino caret, cum victus sui folius rationem habere cogantur, neque omnino ex libris facile discendi copiam habeant.
- Th. IX.** Itaque in ea ætate hominum, qua nulla adhuc ordinum distinctio locum habet, & ubi omnes unum discendi propositum sequuntur, leges docendæ sunt.
- Th. X.** In ea ætate non tam multa impedimenta reperimus, quam in adultis, nec interna, nec externa.
- Th. XI.** Animus, integer adhuc neque certis jam opinionibus imbutus, omni cognitioni patet, optimeque etiam patriæ amorem cum legibus illius accipit.
- Th. XII.** Tum vero & sine magno dispendio temporis aut pecunia discere possunt; institutionis tempora enim modo bene disponenda sunt, libros præceptor tantum sibi comparet necesse est.
- Th. XIII.** Aut si pueris libri traduntur, compendia exigui pretii tantum erunt: nam non omnia, sed necessaria tantum & utilissima excerptenda sunt.
- Th. XIV.** Quæ omnia nostris temporibus etiam a summis viris agnoscuntur, vel illud solum jam satis probat, quod publica auctoritate præmium illi propositum est, qui ex Novo Codice Legum Borussicarum optimum ejusmodi compendium extraxerit.

DISPUTATIO  
D. XXVI JAN. MDCCXCII  
HABENDA.

Resp. LENTZ II. Opp. KUNZE. KRAMER.

An probandum sit, si fœminæ etiam litteris artibusque incumbant?

**Th. I.** Virorum fœminarumque munera & occupationes differunt, & a prima juventute quisque suis adfuescit. Sic v. c. viri litteris & mulieres rei familiari incumbunt.

**Th. II.** Cum autem ad nostra usque tempora litteræ & omnis major humanæ mentis cultus virorum fere solorum fuerit, omnino quæri potest: an non etiam fœminæ litteris incumbere & amplius excoli debeant? & quibus ex causis hoc afferi aut non fieri posset?

**Th. III.** Quod si enim adhuc sexus ille minus excultus fit, minime exiguis facultatibus aut ingenio litteris artibusque non idoneo tribui potest, sed quod alia officia & alias occupationes easque ipsas graves & necessarias habent, & tempore igitur suo non minus bene tamen uti possunt.

**Th. IV.** Mulieres ingenio ad litteras artesque nato non carere, plures sane, magnopere illis excellentes, ostendunt; ut adeo, si diligentius & maturius excolerentur, exspectari possit, majora illas etiam praefituras in nonnullis litterarum generibus, quam viros.

**Th. V.** Litterarum perfectio humanum genus magis magisque perficit & eo ipso felicius reddit; quo qui confert aliquid, bene meretur de humano genere, sive vir, sive mulier sit. Omnis au-

tem potestas, bene de humano genere merendi  
plane iis concedenda est.

**Th. VI.** Idque litterarum causa optandum est, quæ,  
quo perfectiores eo utiliores sunt: tanto per-  
fectiores autem erunt, quo plures easdem co-  
lunt. Mulieres igitur eidem studio litterarum  
inservient, cumque facultatibus minime careant,  
hisce litteris excolendis proderunt.

**Th. VII.** Mulierum omnis corporis compages &  
nervorum concentus, cum omnino sit tenuior  
& delicatior natura, sensus quoque & facultas  
imaginandi earum, faltem permultarum, multo  
facilius moventur. Facultatibus illarum igitur  
diligenter excultis, majora fere ab illis, quam  
a viris, quibusdam in litterarum aut artium  
generibus exspectari posse videntur.

**Th. VIII.** Liberorum educatio prima, plerumque ma-  
tribus solis incumbit. Quarum quo magis bonis  
litteris artibusque excultus animus fuerit, eo ap-  
tiores ad hoc munus accedent, pluribus scilicet  
instituendi educandique subsidiis instructæ.

**Th. IX.** At vero cum sit mulierum rei familiari in-  
cumbere, hæc negligeretur, si tempus ad litteras  
artesque impenderent. — Id fieri posse, conceden-  
dum est quidem, sed minime tamen necessarium est,  
& a sola temporis dispositione prudenti pendet.

**Th. X.** Alii monent, cum corpus mulierum minime  
sit tam firmum, quam virorum, raro etiam eas-  
dem labores continuos perferre posse, quibus  
ad litterarum studia opus sit. — Non minorem  
autem mulierum in perforandis omnis generis  
laboribus, quam virorum, constantiam esse,  
innumerabilia exempla docent.

**Th. XI.** Sed illud monendum est, etiam si minime  
a litteris artibusque arceri possint & debeant:  
tamen illas maxime artes esse diligendas, qui-  
bus in muneribus suis aut non impediantur,  
aut ipse tanto magis perficiantur.

# DISPUTATIO

D. II FEBR. MDCCXCIII

HABENDA.

---

Resp. FRANTZ. Opp. HEINEKE. FAHRENHOLZ.

---

Fridericum Regem religionem & universam & præsertim christianam magni fecisse.

**Th. I.** An Fridericus Rex religionem & universam, & in primis christianam, magni fecerit? Fuerunt & adhuc sunt, qui dubitent; magni autem omnino fecisse, ex scriptis illius vitaque probabo.

**Th. II.** Totam disputationem, ut jam ex inscriptione appareat, in duas partes describam, quarum in una religionem universam, in altera religionem christianam Fridericum magni aestimasse, probare constitui.

**Th. III.** A) Religio in notionibus de Deo, atque in actionibus huic cognitioni consentaneis consistit.

**Th. IV.** Quas autem notiones Rex habuerit, quasque actiones sibi proposuerit, quibus religionis amorem demonstraret, illius scripta vitaque planum faciunt. Ita

**Th. V.** In epistola ad Voltarium: „Deum esse, inquit, clare intelligo“; & in libello de litteratura germanica: „Omnia, & minima, adeo graminis herba, Deum esse demonstrant.“ Porro

**Th. VI.** Eodem loco cultum Dei commendans: „Autor universi, inquit, elementorum creator, adoratione dignus est solus.“ Ita etiam in epistola ad Isaacum Bellofobrium „intelligere se fatetur, imbecillos mortales de creatore cœli terreque

digne satis non posse loqui.“ Non ex his ver-  
bis autem soluin, sed &

**Th. VII.** ex illius vita eadem apparent. Rex in sil-  
va haud procul Postampio versans, tempestate  
oppressus, fulgere querum findente: „En, in-  
quit comitantibus, omnipotentiam Dei!“ Quo  
facto ipse accessit, fissam querum perspexit, &  
in tota via usque ad urbem obmutuit, cogita-  
tionibusque in eam rem defixus fuit.

**Th. VIII.** Quæ quidem quantum Fridericus religione  
motus fuerit, saisi demonstrant. Nunc autem  
ad secundam partem venio.

**Th. IX.** B) Religio christiana consistit in notionibus  
a Christo de Deo traditis, atque in actionibus  
huic cognitioni consentaneis.

**Th. X.** Atque eam ipsam religionem quantopere  
Fridericus magni æstimaverit, scripta illius vita-  
que testantur. Nam

**Th. XI.** Dignissimas illas de Deo ejusque potentia,  
benignitate & sapientia, quas Christus docuit,  
& ipse animo conceperat.

**Th. XII.** Deinde pluribus locis Christianam religionem,  
puram illam & integram, sicut Christus instituerat,  
extollit, & a malevolorum criminibus defendit.

**Th. XIII.** De immortalitate animi subinde dubitavit,  
nunquam illam negavit, pluribus contra locis  
gravissime de eadem locutus est. E. g. in fine  
carminis, quod Stoicus inscribitur: „Huic deo  
benignissimo confide, & in morte ipsa divini  
certus auxilii, spei dulcissimæ plenus, illius te  
totum trade manibus.“

**Th. XIV.** Perpetua denique vita officia sanctissime ser-  
vavit, iisque morum præceptis, quæ religio Chri-  
stiana de justitia, aliisque virtutibus dedit, satisfecit.

**Th. XV.** Quæ omnia mihi Fridericum Magnum &  
religionem universam, & christianam inpri-  
mis, coluisse, satis probasse videntur.

# DISPUTATIO

D. IX FEBR. MDCCXCIII

HABENDA.

---

Resp. KÖPPEN. Opp. LENTZ II. FRANTZ.

---

Historiæ studium juveni esse  
necessarium.

**Th. I.** Historiæ studium inter utilissimas & jucundissimas occupationes humani ingenii recte numerari, non erit, qui dubitet.

**Th. II.** Historiæ autem studium non solum jucundum & utile esse, sed etiam necessarium in primis juveni planum facere studebo.

**Th. III.** Historia est rerum memorabilium narratio fide digna.

**Th. IV.** Origo, incrementum & interius civitatum gentiumque, artium & scientiarum fata & omnis omnino rerum notatu dignissimarum cognitio nobis copiam præbent, harum rerum causas, fines effectusque requirendi.

**Th. V.** Variarum terræ mutationum contemplatio, fata gentium civitatumque de sapientia creatoris satis superque nobis persuadent.

**Th. VI.** Eam ob causam historia mentem exercet, & virtutesqus gentium & hominum cum effectibus proponens, viam recte vivendi aperit.

*Th. VII.* In vita communi etiam illa nobis, quæ sequamur, suppeditat, cum innumerabilia continet & observet, quæ in vitam negotiaque nostra traduci possunt.

*Th. VIII.* In historia autem homines rerumque humana rationes melius cognosci possunt, quam in narratiunculis factis, quæ hodie quam plurimæ reperiuntur.

*Th. IX.* Denique quanto magis in cognoscenda terra & ejus incolis progradimur, tanto proprius ad perfectionem accedimus, & majori felicitate fruimur.

*Th. X.* Ex quibus omnibus mihi satis apparere videatur, historiæ studium juveni esse necessarium.

H A M  
-nunq; & cunctis tanti rebus alioq;  
-unq; eborum lignorum concoloribus amabilib;  
-eundis imp. tira non habet  
-enq; modis non curvatur maxima virginitas. II. AT  
-isq; multitudinem malebet. illa aliud & sub  
-odobrit enim munisq; invadit eum  
-cioribus multitudinibus invadit de cibisq; III. AT  
-Cibisq; invadit de cibis q; ab  
-munitis amicti & munitamentis. IV. C. N. AT  
-viroq; & aliis multitudinibus amictis supradictis  
-et indeq; multitudinibus vixit. vixit enim  
-alios invadit invadit, sed peditiq; munito  
-ihocq; impetrat superiusq; eum  
-cioribus multitudinibus erit multitudine. V. AT  
-cioribus multitudinibus erit multitudine  
-et indeq; cibis supradictis vixit.  
-cibisq; invadit de cibis vixit  
-multitudinibus & aliis supradictis vixit.  
-et indeq; cibis supradictis vixit.

# DISPUTATIO

D. XVII FEBR. MDCCXCIII

HABENDA.

Resp. FISCHER I. Opp. KÖPPEN. LENZ I.

Artem pingendi magna cum utilitate institutionis partem fieri in scholis.

*Th. I.* Homines, qui præter unam illam scientiam aut artem, cui incumbunt, nullam reliquarum cognitionem habent, neque sibi comparare student, nihil plerumque estimant, nisi quod ad illam scientiam attinet, &c., ignorantia decepti, facilius ad arrogantiam proponent.

*Th. II.* Ad hoc vitium vitandum, non solum unicentiae, quam nobis e reliquis præcipue elegimus, studere debemus, sed etiam reliquas, quantum fieri potest, cognoscere, iisque, quantum nobis facultas data est, studere nos oportet; ita tamen, ut proprium studium haud negligamus.

*Th. III.* Omnes artes cum vinculis actissimis cohaerent, mutuoque se adjuvent, fieri non potest, quin ex cognitione plurium artium nova commoda & utilitates plurime earum cultori existant.

**Th. IV.** Cum autem non cuique facultas sit, alii scientiæ aut arti studendi, quam propriæ illi, quam profitetur, magno usui esset, si una aut altera earum, cuius utilitas ad omnes aut certe ad multos pertinere videtur, in institutione scholarum contineretur.

**Th. V.** Quo quidem honore ex omnibus artibus liberalioribus nulla magis mihi digna videtur arte pingendi cuius quæ sint commoda proferre studebo.

**Th. VI.** a) In arte pingendi discenda asuescimus, natura diligenter & accurate contemplandæ.

**h. VII.** b) Phantasia excitatur & formatur, cum semper distinctissimas & perfectissimas rerum ideas habeamus necesse est, si illarum imagines pingere volumus.

**Th. VIII.** c) De omni arte pictoria ejusque operibus melius judicabimus, quod, cum sape in vita communi occurrat, multum nobis aut ignorantia aut error nocere potest.

**Th. IX.** d) De multis rebus, ad quas explicandas verba non sufficiunt, facile distinctas earum ideas figura statim picta efficere possumus.

**Th. X.** e) Multis in rebus, quæ in vita communi occurrent, maxime hæc ars nos adjuvare potest, v. c. in ædificiis exstruendis, opificibus docendis &c.

**Th. XI.** f) Denique magnam & liberalissimam nobis affert voluptatem: quid enim est pulcrius, quam regionem forma insignem pingere, aut res omnino absentes, quasi adsint, repræsentare &c.

**Th. XII.** Quæ commoda mihi satis probare videntur, artem pingendi magna cum utilitate partem publicæ institutionis fieri.

# DISPUTATIO

D. XXIII FEBR. MDCCXCIII

HABENDA.

Resp. LENZ I. Opp. FISCHER I. & II.

Imperium unius imperio populi  
esse præferendum.

**Th. I.** Unicuique civitati constituendæ hic finis erat propositus, ut omnes securi suis bonis uti possent, salus interna atque externa conservaretur, & singuli tanta felicitate, quanta salvis cæteris fieri posset, fruerentur.

**Th. II.** Itaque aut regem, qui hæc curaret, sibi elegerunt, aut pluribus civium ad certum tempus rempublicam administrandam commiserunt.

**Th. III.** Civitas illa, ubi rex unus & solus imperat, leges dat, atque summa cum potestate agit, monarchia vel regnum nominatur.

**Th. IV.** Ubi omnes cives administrandæ reipublicæ participes esse possunt, ubi pars civium, quos populus elegit, potestate leges ferendi, alii potestate easdem exercendi, sunt instructi, res publica sive democratis dicitur.

**Th. V.** Hæc definitiones mihi erant præmittendæ, antequam propositum rationibus demonstrare inciperem.

*Th. VI.* Primum jam reipublicæ magno damno est, quod legumlatio a munere illorum, qui leges exercent, nimum disjungitur. Quo efficitur, ut leges minus serventur. Nam primo illi, quibus hoc exercitium est traditum, auctoritate, quæ ipsis in administranda republica opus eset, sepe non gaudent. Deinde ex hac causa multa impedimenta atque obstacula iis objiciuntur. Tandem auctoritatem necessariam non habentes, dum populo obnoxii sunt, legum violatores poena afficiendi vim non habent. Atque ita officio non satisfacere possunt & leges laudentur.

*Th. VII.* Præcipue autem disjunctione illa, cuius mentionem fecimus, impeditur, quominus res atque decreta, quæ nullam moram patiuntur, tam celeriter, quam necesse est perficiantur.

*Th. VIII.* Legumlatores reipublicæ semper sunt factionibus divisi. Quod detrimentum civitas ex ea re capere possit, exemplum Franciæ est argumentum perspicuum.

*Th. IX.* Diversæ factiones sibi quoquo modo nocere student. Inimici sunt, atque invicem se infectantur. Odio contra reliquas factio, quæ superior est, nihil quod hæ volunt, admittit; & ita accidit, ut multa bona, quæ ad felicitatem reipublicæ conferre potuissent, rejiciantur.

*Th. X.* Talis conventus legislatorum, qui ex multis viris ingenio, facultatibus, animo tam diversis, constitut, sedes perturbationum fieri solet. His abrepti cupide agunt, & multa injustissima committunt.

*Th. XI.* Hinc multæ leges atque decreta temere dantur: deinde vero, si questus justi afferuntur, aut ipsi ad sanitatem revertuntur, easdem abrogare coguntur; qua re sit, ut tam leges

quam illi, qui reipublicæ præfunt, contemnuntur.

**Th. XII.** Deliberando atque disputando tempus multum teritur; rarissime accidit, ut major sapientia atque prudētia aliquid constituat; negotia maxima momenti potius differuntur; et malum perficitur, antequam consilium capiunt illud præcavendi.

**Th. XIII.** In republica plurimis munera per breve tempus deferuntur: qui cum vix jura, leges, statum reipublicæ cognoverunt, aliis, pariter hæc ignorantibus, loco cedere debent.

**Th. XIV.** Judices atque alii ministri civitatis, qui officii sui nullam cognitionem habent, aut perverse, aut nihil agunt; unde misera oritur civitatis conditio, omnibusque vitiis & crimini bus accessus patet.

**Th. XV.** Inconstantia atque mutabilitas animorum ex eadem causa nascitur.

**Th. XVI.** Nulla in civitate homini præclaro atque excellenti magis invidetur. Omnes sunt ejus æmuli, arque illi obtręcant.

**Th. XVII.** Ex quo fit, ut virtutes & bene de republica merita facile obliviscantur, atque minoris aestiment. Quis dubitet, hoc valde esse noxiū?

**Th. XVIII.** In monarchia contra cives majori libertate, sic dicta, civili & legitima fruuntur. In republica hæc civilis libertas, quam jus, omnia faciendi, quæ velimus, nisi leges prohibeant, definient, est magis circumscripta per leges, quamvis perfectissimam libertatem gloriantur.

**Th. XIX.** Sub imperio principis sapientis liberius judicium de institutis ejus ferri potest. In republica odium factionis superioris est timendum.

**Th. XX.** Unusquisque civis reipublicæ putans se esse principem, in rebus publicis tractandis versatur:

artem quamcumque professus, de illis judicandi  
cupidus est. Itaque societas politicas ineunt,  
ubi omnes peritos administranda reipublicae  
se credunt. Ex quo accedit, ut administrandis  
rebus minime contenti sint.

**Th. XXI.** Tumultus atque motus facilius oriuntur in  
republica, unde securitas multo minor in illa est.

**Th. XXII.** Artes & scientia propter dissensiones at-  
que tumultus civiles saepe negliguntur.

**Th. XXIII.** Quae omnia vitia monarchiae si non in-  
funt, cives illius feliciores jure nominari possunt,  
& veriori amore patriæ imbuuntur.

**Th. XXIV.** Tandem unam, sed maximam rationem  
afferre mihi liceat. Quo simplicior est admini-  
stratio civitatis, quo pauciores hanc suscipiunt,  
ita tamen ut finem certissime consequantur, eo  
perfectior est. Nemo negabit, rem publicam  
magis compositam atque mixtam imperii formam  
esse. Tam multi rebus tractandis manus adhi-  
bent, ut alius alium impedit, atque vitia in  
omnibus partibus administrationis non tam fa-  
cile observari possint.

**Th. XXV.** Ex quibus omnibus cum satis appareat,  
securitatem atque felicitatem tam publicam quam  
privatam, qui finis est omnis societatis ineun-  
dæ, multo certius obtineri in monarchia, quam  
republica; imperium unius sapientis atque hu-  
mani principis imperio populi longe esse præ-  
ferendum, quam luculentissime demonstratum  
existimo.

zurückhaltendes merkbares manuelleres Zeug  
zu reden ist einzig eingeschränkt durch die  
Möglichkeit der Verwendung von handschriftlichen  
Anmerkungen. Die Anmerkungen sind in einem  
einfachen handschriftlichen Stil verfasst und enthalten  
verschiedene Bemerkungen und Erklärungen zu  
verschiedenen Themen des Textes.

# DISPUTATIO

D. II MART. MDCCXCIII

HABENDA.

---

Resp. FISCHER II. Opp. MÆRTENS. HECHT I.

---

Sculpturam  
Græcos multo facilius quam recentiores  
perficere potuisse.

*Th. I.* Historia antiqua nos docet, omnium gentium, quæ exsisterunt, Græcos in sculptura principatum obtinere; opera enim, quæ ab illis nobis supersunt, hoc confirmant. Sed Græci multis rebus faustis adjuti, multo facilius quam recentiores hanc perfectionem attingere potuerunt.

*Th. II.* Cœlum ipsum indulgebat Græcis. Quibus propter agrorum sterilitatem summo labore vici-  
tus comparandus est, non huic arti vacare valent,  
prosperiores tantum a necessariis parandis ad  
pulchritudinis & perfectionis curam transgre-  
diuntur.

*Th. III.* Græcia erat uberrima, ut incolæ se non solum facile alere, sed etiam artibus incumbere possent.

*Th. IV* Patriæ, quam unice amabant, & magni faciebant, historia multa illis præclara facta & memoratu digna offerebat, quæ quidem hac ratione tradi poterant posteritati.

**Th. V.** At majorem occasionem illis dabat hanc artem colendi Mythologia eorum, quæ sculpturae progressibus maxime accommodata erat. Occupatur enim in primis hæc ars hominibus effigiandis, Dei vero, quos secundum homines finixerant, erant illis permulti, qui omnes summa ac tamen diversa pulchritudine formandi erant.

**Th. VI.** Vestitus eorum simplicior artificibus favebat, minime enim corpus pressit ac coercuit, sed ei liberos ac pulchros motus & egregiam singularum partium harmoniam dedit.

**Th. VII.** In gymnasii & palæstris, ubi juventus luctabatur, motus & statum corporis, contentionemque muscularum quotidie contemplabantur, sed non solum in gymnasii hoc videbant, in ludis publicis, ubi Athletæ certabant, eadem potestas offerebatur, præsertim cum saepè victori statua poneretur, illo statu, quo adversarium vicisset.

**Th. VIII.** Græci sculptores laudibus civium suorum incitabantur & magni aestimabantur. Nostri vero parum incitati plerumque necessitate coacti & ad vitam sustinendam laborantes, parum sculpturam perfecerunt.

**Th. IX.** Recentiores igitur, qui Græcorum subsidiis carebant, diutius quam Græci a perfectione retenti sunt & ad eam non nisi tarde pervenire poterant & pervenerunt.

# DISPUTATIO

D. IX MART. MDCCXCIII

HABENDA.

Resp. MÄRTENS. Opp. RAMDOHR. RÖMER.

Veritatem, si quando impugnetur,  
non tanto acrius, sed tanto prudentius  
esse defendendam.

**Th. I.** Si, quod de re aliqua cogitatur aut dicitur,  
id ei inest, verum; quod quatenus cogitatione  
sejungitur a rebus quibus inest, veritas dic-  
citur.

**Th. II.** In primis hominis est propriae veri inquisitio  
atque investigatio, nam in omnibus, quae vide-  
mus, audimus et quoque modo percipimus,  
semper veritatem querere avemus; &, ut Ci-  
cero ait, quod verum, simplex sincerumque  
est, id est naturae hominis aptissimum.

**Th. III.** Non solum tamen contenti sumus, inve-  
stigasse verum, sed alios quoque idem docere,  
& adversus illos defendere cupimus.

**Th. IV.** In veritate defendenda autem cavendum est,  
ne, si impugnetur, acrius illam defendamus,  
quo quidem illam non modo non adjuvamus,  
sed potius illi nocemus.

**Th. V.** In controversiis enim plerumque perturbatio-  
nes animorum intercedunt, quibus adversario  
excitato, præsertim ubi convinci erroris nolit,

disputatio a veritatis investigatione redit ad pertinaciam & convicia.

**Th. VI.** Adversarius autem, semel perturbatus, dum suas ideas celerius persequitur, ad demonstracionem nostram non satis attentus, raro nos intelligit, & minime a nobis convincitur.

**Th. VII.** In ipso denique animorum ardore, cum verborum minus simus compotes, sepiissime accidit, terminis utimur, qui alteri aut sunt obscuri, aut qui illi ideas nostras non satis explanant; unde error nascitur.

**Th. VIII.** Omnes hi acris animi & perturbationum effectus ergo minime veritatem inveniendam adjuvant, sed impediunt, quam ob rem diligenter sunt vitandi.

**Th. IX.** Sic potius nos geramus, ut animos ad videntiam, audiendam atque amandam veritatem quasi invitamus; non de veritate solum, sed etiam de vario modo ejusdem docenda cogitemus; neque tamen, quid nos intelligamus & cupiamus, sed quomodo perfici possit, ut alii idem intelligent & cupiant, curemus; et, quo difficilis est veritas investiganda, eo magis argumentis nostris dignitatem, lucem, pondus, & ubi fieri potest, suavitatem etiam addamus: quod fieri nequit, nisi aequo ipso animo, & veritatis solius amore permoti, rem agamus.

**Th. X.** Itaque præcipue studeamus necesse est, ut aequo animo, &, quo acris impugnetur, eo prudentius nos veritatem defendamus.

De multo vero nostro abususq[ue]runtur statim si .N. AT  
commodis nulli eritis, iustificari u[er]o non  
possunt illi, non ob omnia illi possunt e[st]re  
.autem illi eritis, non ob illi possunt e[st]re  
-eiusmodi apparetq[ue] minima iustificatione si .N. AT  
statim eritis, sed illi e[st]re iustificari non posse  
alio ratio iustificare id est iustificari e[st]re

# DISPUTATIO

D. XVI MART. MDCCXCIII

HABENDA.

Resp. HECHT I. Opp. SÖLLIG. ZIEMANN.

## Utrum Alexander cognomine Magni sit dignus?

**Th. I.** Si res bello gestas in Alexandro solas spectamus, cognomine Magni videtur dignus. Etsi enim fortuna maxime conatibus illius favebat: summum omnino idem animum in omnibus rebus gerendis ostendit, audaciam invictam hostibus opposuit, & cum bellicosis omnino populis conflixit.

**Th. II.** Cum vero ad virum magnum efficiendum fortitudo bellica sola haud sufficiat, si reliquos illius mores omnemque vitam & consuetudinem spectamus, admodum sane dubium fit, utrum cognomine Magni dignus sit?

**Th. III.** Tam diu enim modo litteris & bonis artibus deditum reperimus, dum Darium vicerit: victo autem Dario, virtutum pristinarum locum multa vitia videmus.

**Th. IV.** a) Inprimis Superbiā; voluit enim se Iovis Ammonis filium credi.

**Th. V.** b) Ebrietatem deinde, qua ipse sibi mortem concivit. Quas autem cædes non per illam commisit!

**Th. VI.** e) Factum asiaticum, cum moribus & vestibus devictorum populorum assuntis.

**Th. VII.** d) Iram & Crudelitatem, quarum multa exempla scriptores narrant.

**Th. VIII.** e) Gloriolam, cum victoriis suis sublatuſ, aviduſ & insatiabilis blanditarum & laudum, neminem amplius ſibi paſſus eſt verum dicere.

**Th. IX.** f) Furorem totius terrae occupandæ. Quam enim aliam ob cauſam multis populis, qui nec eum norant, nec quos ipſe norat, bellum intravit? „Cum prælium adverſuſ Porum, Plutarcho referente, Macedones languidiores reddidiffaret & a petenda ulteriori India avertifaret, ideoque Alexandro Gangem transire contendentis summa vi repugnarent: Alexander præmœſtitia & ira ſe in tentorio inclusit, ingrata omnia habens, niſi Gangem transiſſet.“ Idem ex multis locis apparet.

**Th. X.** g) Superstitionis idem reus eſt. Nam cum ſemel ſuperſtitione animus illius eſſet obſtrictus, leviflima quæque a communī uſu aliena prodigiōrum loco habuit.

**Th. XI.** Quæ quidem omnia uno denique loco Curtii, historici quidem non omnibus locis probandi, ſed in moribus tamen regis eum reliquis ſcriptoribus cuactis convenientiis, quoquidem loco paucis verbis omnia complecti velle viſus eſt, conſirmandā exiſtimō. Qui quidem Libro III. Cap. 12: „Equidem, inquit, ſi hac continentia animi ad ultimum vita perfeverare potuifſet, feliciorē fuiffe crederem, ſi viſiſſet ſuperbiā atque iram, ſi abſtiuiſſet inter epulas cædibus amicorum, egregiosque bello viros & tot gentium ſecum (domi)tores in diſta cauſa veritus eſſet occidere.“

## Corrigenda.

---

92. Aug. 18. Th. V. pro temboribus lege *temporibus*.  
— — — XIII. — plurimum — *plurimum*.  
— Sept. 22. — IV. — defendendas que — defenden-  
dasque.  
— Nov. 3. — III. — S. — — — f.  
— — 24. — VIII. — andelissime — *crudelissime*.  
— Dec. 1. — VI. — posterium — *posterum*.  
— — — XVII. — pe-ragendis — *per-agendis*.  
— — 8. — VI. — docenda — *docendo*.  
— — 15. — XIII. — Shakspelius — *Shakpearius*  
(ex ortographia usitatori)  
— — 22. — XIII. — aducunt — *adducunt*.  
— — — XXII. — deerit — *deerunt*.
93. Jan. 26. „, — MDCCXCII — MDCCXIII.  
— Febr. 2. Th. XI. lege sapientia notiones, quas  
— — 16. „, pro XVII. lege XVI.  
— — Th. III. — actissimis — *arctissimis*.  
— — 23. — XI. — fit — — *fit*.  
— — — XXIV. — rem publicam — *rempublicam*.
-

a brief history

INDEX  
DISPUTATIONUM.

SEMESTRE ÆSTIVUM

M D C C X C I I .

1. Thilo. Fischer I. Vorlauff. (Apr. 21.) Veterum linguarum scientiam necessariam esse ad doctrinam solidiorem.
2. Fischer I. Fischer II. Ramdohr. (Apr. 28.) Melius esse, commercium venalitiarium gradatim quam subito abolere.
3. Vorlauff. Abel. Märtens. (Maj. 5.) Necesse est, ut leges in lingua vernacula scribantur.
4. Abel. Römer. Söllig. (Maj. 12.) Nobis nullam esse rebellionem timendam.
5. Fischer II. Ziemann. Kunze. (Maj. 19.) De popularitate doctoris publici christiani.
6. Märtens. Kramer. Lentz II. (Jun. 30.) Salutare esse, Germanos contra Gallos proficisci.
7. Ramdohr. Thilo. Fischer I. (Jul. 7.) Viro docto artium etiam cognitionem necessariam ac utiliem esse.
8. Römer. Vorlauff. Abel. (Jul. 14.) De commodis, quæ in humanum genus e commercio redundant.



9. Söllig. Fischer II. Märtens. (Aug. 4.)  
Vetus testamentum ad novum intelligendum esse nec  
cessarium.
10. Ziemann. Ramdohr. Römer. (Aug. 11.)  
Nostram, hominum excultorum, conditionem præ  
ferendam esse conditioni barbarorum.
11. Kunze. Söllig. Ziemann. (Aug. 18.)  
De iis, quibus poëta epicus futurus studere debet.
12. Kramer. Kunze. Lenz II. (Aug. 25.)  
Lectionem fabularum romanenium obesse ado  
lescenti.
13. Lenz II. Thilo. Fischer I. (Sept. 1.)  
Num Theologo, an Judici majora sint officia?
14. Fischer I. Thilo. Kramer. (Sept. 8.)  
Fortunæ hominum adversæ causam maxima ex parte  
in notionibus falsis esse querendam.
15. Vorlauff. Fischer II. Märtens. (Sept.  
15.) Utrum veteres Græci & Romani, recentiores  
populos in literis superaverint.
16. Abel. Ramdohr. Römer. (Sept. 22.)  
Philosophiam ad omnes scientias reliquas esse nec  
essariam.
17. DISPUTATIO A DISCEDENTIBUS PUBLI  
CE HABITA. Thilo. Vorlauff. Abel. (Sept.  
27.) Metaphysicam non tantum abesse a vita com  
muni, quam plurimi credunt.

SEMESTRE HIBERNUM

MDCCXCII — XCIII.

18. Fischer I. Fischer II. Märtern. (Oct.  
20.) Vir doctus de artibus omnibusque in vita  
communi rebus obviis rectas notiones habeat ne-  
cessa est.

19. Fischer II. Fischer I. Hecht I. (Oct.  
27.) Alexandrum magnum non sumto veneno pe-  
riisse.

20. Märtern. Ramdohr. Römer. (Nov. 3.)  
Religionem christianam omnibus temporibus & po-  
pulis esse accommodatam.

21. Hecht I. Söllig. Kramer I. Ziemann.  
(Nov. 10.) Americæ detectionem magnæ utilitatis  
fuisse.

22. Märtern I. Ramdohr. Kunze. Ziemann  
I. Kramer. (Nov. 17.) Jurisconsulto quoque Theo-  
logiæ cognitionem esse necessariam.

23. Römer. Heineke. Fahrenholz. (Nov.  
24.) Perfectam ordinum æqualitatem cogitari  
haud posse.

24. Söllig. Lentz II. Frantz. (Dec. 1.)  
Quisnam juvenis literis incumbere possit & debeat?

25. Ziemann. Köppen. Fischer I. (Dec.  
8.) Typorum libertatem reipublicæ esse salutarem.

26. Kunze. Kramer I. Lenz I. Fischer II.  
(Dec. 15.) Non opus esse, ut carmen epicum fen-  
tentia morali nitatur.

27. Kramer. Märtern. Hecht I. (Dec. 22.)  
Quam habuerint utilitatem expeditiones cruciatæ.

28. Heineke. Ramdohr. Römer. (Jan. 12.)  
Ciceronem Romanorum omnium ad instituendam &  
formandam juventutem esse aptissimum.

29. Fahrenholz. Söllig. Ziemann. (Jan. 19.) Legum publicarum cognitionem recte institutionis juvenilis partem fieri.

30. Lentz II. Kramer. (Jan. 26.) An probandum sit, si fœminæ etiam litteris artibusque incumbant?

31. Frantz. Heineke. Fahrenholz. (Febr. 2.) Fridericum regem religionem & universam & præfertim christianam magni fecisse.

32. Köppen. Lentz II. Frantz. (Febr. 9.) Historiæ studium juveni esse necessarium.

33. Fischer I. Köppen. Kramer I. *Lenz I.* (Febr. 16.) Artem pingendi magna cum utilitate institutionis partem fieri in scholis.

34. Lenz II I. *Lenz I.* Fischer I. Fischer II. (Febr. 23.) Imperium unius imperio populi esse præferendum.

35. Fischer II. Märtens. Hecht I. (Mart. 2.) Sculpturam Græcos multo facilius quam recentiores perficere potuisse.

36. Märtens. Ramdohr. Römer. (Mart. 9.) Veritatem, si quando impugnetur, non tanto acrius, sed tanto prudentius esse defendendam.

37. Hecht I. Söllig. Ziemann. (Mart. 16.) Utrum Alexander cognomine Magni sit dignus?

38. Hölderlin. Schlegel. (Mart. 16.) Cicero de Rerum Natura dicitur quod in suis disputationibus invenimus etiam


*Yb 2476*

*wp18*

**ULB Halle**  
007 543 492

3






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



# DISPUTATIONES

IN

## CLASSE PRIMA

S T E P H A N E I

AB APRILI MDCCXCII AD APRIL. MDCCXCIII

H A B I T A E.

---

### COLLECTIO PRIMA.

---

PRÆMISSUS EST INDEX PROPOSITIONUM, DE  
QUIBUS INDE AB ANNO MDCCCLXXXVII DIS-

PUTATUM FUIT.

1901:1556

HALBERSTADII  
TYPIS DÖLLIANIS. MDCCXCIII,